


NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07439280 8





STUDIEN

ZUR

GRIECHISCHEN UND LATEINISCHEN GRAMMATIK

HERAUSGEGEBEN

VON

GEORG CURTIUS.

Erstes Heft.

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL.

1868.

Vorwort.

Der Anlass zur Herausgabe dieser Sammlung sprachwissenschaftlicher Abhandlungen ist zunächst ein äusserlicher. Seit zwei Jahren fordert auch die Leipziger philosophische Facultät von den Doctoranden die Drucklegung ihrer Dissertationen. So entstand eine Anzahl von Arbeiten, die ich vor dem Schicksal bewahrt zu sehn wünschte, das kleineren Schriften droht, entweder ganz übersehn oder doch bald völlig vergessen zu werden. Das schien mir am ehesten erreichbar, wenn man durch Zusammenstellung mehrerer solcher durch verwandten Inhalt unter einander verbundener Abhandlungen eine Reihenfolge begründete, die zugleich den Nebenzweck erfüllen könnte, von den an hiesiger Universität oder doch im Anschluss an sie nach einer bestimmten Richtung hin betriebenen Studien ein Bild zu geben.

Mein verehrter Freund, Herr Dr. S. Hirzel, kam diesem Gedanken mit der freundlichsten Bereitwilligkeit entgegen. Er sprach nur den einen Wunsch aus, dass ich eigenes hinzufügen möchte, und in weiterer Besprechung des Gegenstandes beschlossen wir zwar die zuerst erwähnten Abhandlungen als den Kern zu betrachten, doch so, dass auch andre Erörterungen, Bemerkungen und Mittheilungen kleineren Umfangs, die dem Inhalte nach dazu passten, nicht ausgeschlossen würden. Wie oft ein Heft erscheint, muss von der grösseren oder geringeren Fülle des vorliegenden Stoffes abhängen. Diese „Studien" werden also, nach dem technischen Ausdruck, in zwangloser Folge ausgegeben werden.

Die Anwendung der vergleichenden Sprachwissenschaft auf den reichen Stoff des Griechischen und Lateinischen verlangt verschiedene Arbeiten. Neben grösseren zusammenfassenden Werken sind zweckmässig angelegte und mit Sorgfalt durchgeführte Zusammenstellungen und Einzeluntersuchungen nicht zu entbehren. Einzelne Theile der Lautlehre, das ebenso umfangreiche als unausgebaute Gebiet der Wort- oder Stammbildung, für das Griechische die zwar

wohl begründete, aber nicht durchgeführte und durch neue, namentlich epigraphische Funde sich stetig erweiternde Dialektologie möchte ich in diesem Sinne besonders hervorheben. Hier liegen überall Aufgaben vor, zu deren Lösung auch jüngere Kräfte ohne sich all zu weit von dem Mittelpunkte der philologischen Universitätsstudien zu entfernen, in nützlicher Weise beitragen können. Freilich ist die Verbindung der Einzelforschung mit weiteren Gesichtspunkten auch dabei ganz unerlässlich. Denn ohne die letzteren können manche Fragen nicht einmal richtig gestellt, geschweige denn beantwortet werden. Man wird in derartigen Abhandlungen, auch wenn sie keine überraschenden Combinationen oder neuen Vergleichungen mit den verwandten Sprachen enthalten, doch überall bald erkennen, ob der Verfasser eine umfassendere sprachwissenschaftliche Einsicht besitzt, oder sich nur auf den engeren Kreis des zunächst liegenden beschränkt hat. In meiner grammatischen Gesellschaft bemühe ich mich die Studirenden durch eigne Uebungen zur Gewinnung einer richtigen Methode in der Behandlung hieher gehöriger Fragen anzuleiten. Es sollte mich freuen, wenn der rege Eifer der daran theilnehmenden auch für die Förderung der Wissenschaft sich nicht ganz unergiebig erwiese.

Zwei Abhandlungen dieses ersten Hefts, die von Dr. Angermann über die Patronymica und die von Dr. Renner über den Dialekt der griechischen Elegiker und Iambiker — welche letztere ihres Umfangs wegen erst im zweiten Heft ihren Abschluss finden wird — sind aus Preisarbeiten des hiesigen philologischen Seminars hervorgegangen. Die Schrift des Herrn Dr. Frohwein in Gera, ebenfalls eine hiesige Doctordissertation, hat es mit einigen Haupttheilen der Lehre von den griechischen Adverbien zu thun, deren Statistik in ausgedehntester Weise dargelegt wird. Ich hoffe auf eine Fortsetzung dieser sorgfältigen Zusammenstellungen. Mir selbst geben diese Hefte erwünschte Gelegenheit zu ausführlicherer Besprechung einzelner Fragen und zu gelegentlichen Bemerkungen. Andres der Art ist mir von befreundeten Gelehrten in Aussicht gestellt.

Möge man denn das hier gebotene freundlich aufnehmen!

Leipzig im Mai 1868.

Georg Curtius.

INHALT DES ERSTEN HEFTES.



DE

PATRONYMICORUM GRAECORUM

FORMATIONE

SCRIPSIT

CONSTANTINUS TH. ANGERMANN

SAXO.

CONSPECTUS RERUM TRACTATARUM.

CAPUT II.

De patronymicorum femininorum in ιδ et ιαδ formatione agitur.

CAPUT III.

De patronymicis, quae in ιων, ιωνη, (ωνη) ινη desinunt, agitur.

§. 1. Quanquam et antiquioris et recentioris temporis grammatici de patronymicorum graecorum formatione copiosius multisque locis egerunt, tamen eandem rem tractare operae pretium esse mihi visum est. Hac enim nostra aetate, qua graeca lingua grammatica comparativa magis magisque illustretur et explicetur, ut de aliis rebus, quae ad grammaticam pertineant, sic de patronymicis, sive formationem sive originem spectes, rectius quam ab eis, qui antehac in studiis grammaticis versati sunt, praesertim quam ab ipsis grammaticis graecis, judicari posse inter omnes constat. E quibus quidem Dionysius Thrax (Bekk. anecdot. p. 634, 29) et scholiasta ejus (l. l. p. 849 seq.), quibuscum Priscianus (II, 6, 35) consentit, tres patronymicorum masculinorum formas esse statuunt: in *δης*, quae communis dicenda sit, quod in omni sermone usurpari possit; in *ων*, quae propria sit Jadis linguae; in *αδιος*, quae sit aeolica. Sed eodem jure, quo *αδιος* — potius *διος* dici debebat — terminatio aeolica etiam *δας* dorica afferri poterat. Nam *διος*, si originem respicis, non diversam esse a *δης* et *δας* postea videbimus.

§. 2. Nec quisquam nostra aetate Apollonio sophistae assentietur, qui (Bekk. anecd. 850, 20) de patronymicorum femininorum derivatione hanc protulit sententiam: „*Τὰ εἰς ʽδης᾽ ἀποβάλλοντα τὴν ʽδης᾽ ποιεῖ θηλυκὸν Ταντάλίδης Ταντάλίς, Πηληϊάδης Πηληϊάς, Αἰνειάδης Αἰνειάς*“. Quamvis enim cogitari possit, *Ταντάλίς Ταντάλίδος* verbi causa propter euphoniam ex *Ταντάλίδις Ταντάλίδιδος* contractum esse

ex analogia vocabulorum[1]) ut μῶνυξ, quod ex μονῶνυξ mutilatum est, huic tamen sententiae non solum obstat, quod Graeci ἐπαλληλίαν i. e. consecutionem syllabarum, quae aut eisdem aut similibus litteris constant, non tam in derivatione, quam in compositione vocabulorum vitabant, sed etiam quod magnum discrimen est inter masculinorum et femininorum patronymicorum notionem. Masculina enim forma semper persona[2]) quaedam significatur, in feminina vero non solum patronymica sed omnino possessiva vis inest, ut v. c. *Μινωΐς* et patronymice (Minois filia) et possessive (*Μινωΐδος Κρήτης* Ap. Rh. β 299) usurpatur. Quamobrem ullam inter masc. gen. et fem. gen. patronymica cognationem intercedere plane nego. — Neque hoc, quod ex Apollonii verbis colligendum est, concesserim, masculinis in ιδης feminina in ις, masculinis in αδης feminina in ας respondere; quam sententiam Buttmannum (Gr. Gr. II p. 439) aliosque secutos esse video. Sed potius v. c. *Λητοΐδης* masculino genere semper invenitur, nunquam *Λητωιάδης*, verum feminino genere et *Λητωΐς* et *Λητωιάς* dici solet.

§. 3. Tres igitur omnino patronymicorum formas statuendas esse censeo, quarum prima, quae est masculini generis, nominativo casu in δης, altera, quae est feminini generis, eodem casu aut in ις aut in ιας, tertia masculino genere in ιων — non in ων, ut Dionysio videbatur —, feminino in

1) Cfr. Lobeck, paralip. gr. gr. p. 38 seq. — C. Keil, spec. onomat. graec. p. 53 seq.

2) Quare patronymica masculina semper fere substantiva sunt; interdum quidem liberiore sermonis graeci proprio more pro adjectivis usurpantur ut Hom. Δ 489: *Πριαμίδην νόθον υἱόν*, Soph. El. 182: *παῖς Ἀγαμεμνονίδας*, Eur. Hec. 148: *θεοὶ Οὐρανίδαι*, Verg. Aen. IX, 28: *Tyrrhidae juvenes*. — Possessivam notionem habet *Πενθηιάδαι φυλακῆες* (i. e. Penthei custodes) Opp. cyn. IV, 290; et simili modo *Κεκροπίδην στρατόν* Christod. 242 (i. e. Cecropidarum = Atheniensium) et *Ἀμφιτρυωνιάδην πόνον* Anth. XIV, 55, 6 (i. e. *Ἀμφιτρυωνιάδου*) dicta sunt.

ιωνη desinit, ad quam accedunt feminina in ινη. Quae formae quomodo a poetis graecis, praesertim ab epicis, factae sint, singulis capitibus explicabo. Adjectiva autem possessiva ιο suffixo facta, quae et in boeotica dialecto (cf. Boeckh C. I. I p. 758) et saepius a poetis patronymicorum loco adhibentur, cum eadem ratione atque cetera adjectiva in ιος formata sint, omitti posse censui.

CAPUT I.

DE PATRONYMICIS MASC. GEN., QUAE δα SUFFIXO FORMATA SUNT, AGITUR.

§. 4. Omnium patronymicorum longe usitatissima forma est, quae nominativo casu apud Ionas in δης, apud Dorienses et Aeolenses in δας, apud lesbiacos Aeolenses in διος desinit. Antequam autem de formatione eorum disseramus, quaedam de significatione et origine praemittere non alienum sit.

Significatur autem hac forma non solum filius ut *Πηλεὺς Αἰακίδης*, sed etiam nepos ut *Ἀχιλλεὺς Αἰακίδης*, et pronepos ut *Νεοπτόλεμος Αἰακίδης* (Tryph. 634), denique tota gens, quae ex Aeaco originem ducit. Sed certum quendam usum hac in re poetae sequuntur; nunquam enim *Ἀτρείδης* unum quemlibet Atrei gentis significat, semper aut Agamemnonem aut Menelaum. Gens vero eorum *Ταντανλίδαι* vel *Πελοπίδαι* vel *Πλεισθενίδαι* (Aesch. Ag. 1569) appellatur. In aliis igitur patronymicis magis propria vis servatur, in aliis magis generalis, quam gentilem dixerim, invenitur.

§. 5. Neque g e n t i l i s notio a prosa oratione abhorret. Gentes enim, praesertim regum ut *Ἡρακλεῖδαι*, *Σελευκίδαι*, vel tyrannorum ut *Πεισιστρατίδαι*, et tribus (φυλή), ut apud Plutarch. Pericl. c. 3: „*Περικλῆς ἦν τῶν μὲν φυλῶν Ἀκαμαντίδης*,“ et curiae (δῆμος) ut *Δαιδαλίδαι*, *Εὐπυρίδαι* etc. patronymice significantur. *Δήμων* notionem nonnulla quoque urbium nomina in δαι ut *Οἰνειάδαι*, *Βουταχίδαι* principio

habuisse videntur. Maximam autem *δήμων* nominum pars ab appellativis, non a nominibus propriis derivatum esse apparet. *Βουτάδαι* enim et *Δαιδαλίδαι* minime orti sunt a Buta et Daedalo genitoribus, sed potius *βοῦται* primo appellabantur, quibus boves victimae curandae essent, et *δαίδαλοι*, qui opifices essent. Deinde autem quasi ad sodalitia significanda ex gentium analogia patronymicas formas sibi tribuerunt, e quibus *Βούτην* et *Δαίδαλον* genitores sibi finxerunt. Atque eodem modo *Ὁμηρίδαι* [1]) nomen sodalitium *τῶν ὁμήρων* (i. e. poetarum conjunctorum) significasse, et *Ὅμηρον* poetam ex ipsa patronymica forma fictum esse verisimillimum est. Nec igitur mirum est, quod ordines quidam ut *Εὐπατρίδαι* patronymice appellabantur atque ex eorum analogia a comicis nomina ut *Ἑρμοκοπίδαι* fingebantur.

§. 6. Denique tertia patronymicorum notio exstat, quam ethnicam dixerim, quae apud poetas tantum invenitur; de qua cf. Steph. Byz. s. *Ἀθῆναι·* „*ἐλέγοντο* (*Ἀθηναῖοι*) *δὲ καὶ πατρωνυμικῷ τύπῳ, ὡς Ἄβρων ἐν τῷ περὶ παρωνύμων, ὅτι εἰσὶ διτταὶ προσηγορίαι παρὰ ποιηταῖς, ἀπό τε τῆς πατρίδος καὶ τοῦ συνοικιστοῦ. Ἁλικαρνασσεῖς γοῦν Ἀνθεάδαι καὶ Φιλανθιάδαι οἱ Ταραντῖνοι ἐλέγοντο ἀπὸ τῶν διασημοτάτων παρ' αὐτοῖς. Ἀθηναῖοι δὲ Κοδρίδαι καὶ Κεκροπίδαι, Θησεῖδαι, Ἐρεχθεῖδαι καὶ ταύτας γε τὰς κλήσεις τῶν ἀπὸ τῆς πατρίδος ἐντιμοτέρας ἐνόμιζον.*" — Apud Homerum quidem haec notio in iis tantum patronymicis inest, quae in *ιων* exeunt, ut *Δαρδανίωνες Καδμείωνες*. Pindarus autem et tragici et poetae posterioris aetatis patronymicis in *δα* quoque ita uti solent: *Αἰγεΐδαι φῶτες* Pind. Pyth. 5, 100; *Θησεῖδαι* Soph. O. C. 1066; *Δαρδανίδαι* Qu. Smyrn. 12, 520. Atque eodem modo Romani poetae Romanos *Aeneadas* vel *Romulidas* appellare solent (cf. Prisc. II, 6, 35).

§. 7. Tres igitur praecipue notiones patronymicorum proprias esse invenimus, patronymicam, gentilem, ethnicam, quarum prima et tertia poetis solis, altera et poetis et pro-

---

1) Cfr. Curtius, de nomine Homeri, Kiliae 1855.

sae orationi convenit. Nec tamen dubium esse potest, quin propria patronymicorum notio priore tempore in omnium usu, non poetarum tantum, fuerit. Quod non solum ex usu gentili sed etiam ex eo apparet, quod permulta exstant andronymica ratione patronymicorum formata ut Ἀγαθαρχίδης Λεωτυχίδας, alia. Quodsi patronymica in communi sermone non usitata fuissent, nunquam ex iis andronymica [1]) facta essent. Sunt igitur satis multa patronymicarum formarum exempla, quibuscum formatio, quam poetae in patronymicis faciendis inierunt, comparari possit.

Antequam autem hanc ipsam poetarum formationem inquiramus, de origine δα suffixi patronymici paucis disserere oporteat.

§. 8. Ac prope omnes quidem docti homines, qui in grammatices comparativae studiis versati de linguae graecae formis scripserunt, de hujus suffixi origine inter se discrepant aliique aliam protulerunt sententiam; quae cujusque sit longum est enumerare.

Scripserunt autem de hac re Boppius (vergl. Gramm. III §. 955), Pottius (etymolog. Forschungen II² p. 881 seq.), Ebel (Kuhns Zeitschr. IV, p. 334), Benfey (Kuhns Zeitschr. VII, p. 125), Budenz (das Suffix κός [ικός ακός υκός] im Griech., Götting. 1858), Buehler (das griech. Secundärsuffix της, Götting. 1858), Leo Meyer (vergl. Gramm. der griech. u. lat. Spr. II, p. 556), G. Curtius (Grundz. d. griech. Etym. p. 568, 2. ed.). Equidem Curtio assentiendum esse censeo, qui δα suffixum graecum ex *ja* suffixo indogermanico ortum esse contendit. Quomodo enim ex *j* spirante δ quasi parasitica ratione prodire posset, exemplis cum e romanis linguis tum ex ipsa graeca lingua allatis satis demonstrasse mihi videtur. Quam sententiam si probes,

---

1) Patronymica facillime fieri posse andronymica neminem fugiet. Si quis enim magis patronymico quam nomine sibi proprio appellatur, patronymicum paulatim amittit vim patronymicam atque fit andronymicum, quod deinde aliis quoque imponi potest.

jam intelleges, patronymicis graecis accuratissime respondere et sanscrita patronymica, quae *ja* suffixo formata sunt, ut *Dhâumjas* i. e. *Dhûma-sja filius*, et latina nomina gentilia, quorum plurima e nominibus propriis sive praenominibus, ut *Marcius* a *Marcus*, *Quinctius* a *Quintus*, sive cognominibus ut *Plautius* a *Plautus* derivata sunt. Omnino autem *ja* suffixum, cum in derivativis exstat, originem significat; quare antiqui grammatici vocabula derivativa, quae hoc suffixo formata erant, possessivis (*κτητικοῖς*) adnumerare solebant, quae aptius genetiva (*γενικά*) appellare poterant. Neque ignorabant, maxime inter se cognata esse patronymica et possessiva. Nam grammatici [1]) quidam patronymica et possessiva, si eodem modo genetivo casu solverentur idemque significarent ut *Πηλείδης* et *Πηλήιος*, inter se non distinguenda esse censuerunt. Rectissime autem, quod discrimen sit inter patronymicum et possessivum in Bekk. anecd. 852, 14 [2]) definitur: patronymicum derivari „*ἀπὸ μόνου κυρίου, τὸ δὲ* (*κτητικὸν*) *καὶ ἀπὸ προςηγορικοῦ*“, et paulo post: „*τὸ πατρωνυμικὸν οὐ δεῖται τοῦ ὑπακουομένου,* [3]) *εἰ μὴ σκάζει περὶ τὸ γένος, οἷον*

Πριαμίδην νόθον υἱόν,

καὶ νοούμενον ἔχει μόνον τὸ υἱὸς ἢ ἔγγονος· τὸ δὲ κτητικὸν δεῖται, καὶ οὐχ ἑνὸς μόνον καὶ δύο, ἀλλὰ καὶ πλειόνων.“ Est igitur patronymicum nil nisi species quaedam possessivorum.

§. 9. Ac re vera in omnibus linguis indogermanicis patronymica, nisi quae genetivo [4]) casu formata aut ex vocabulo,

---

1) Bekk. anecd. 852, 9: „*Λέγουσι δέ τινες ὅτι, εἰ τὸ πατρωνυμικὸν καὶ τὸ κτητικὸν γενικῇ συντάσσεται καὶ ὁμόσημά εἰσι — Πηλείδης γὰρ καὶ Πηλήιος ὁ τοῦ Πηλέως — περιττὸν τὸ γράψαι περὶ κτητικοῦ.*“

2) Eadem fere quanquam fusius praebet Priscianus II, 8, 40.

3) Cfr. Cramer. anecd. Oxon. I, p. 7. — E. M. s. *Ἀτρείδης*. — Eustath. 858, 1 seq.

4) In germanica lingua non pauca exstant nomina gentilia e genetivo casu facta, in quibus primo patronymica vis inerat, ut *Hinrichs*, *Adolfs*, *Wilkens*, et ex latina genetivi forma ut *Alberti*, *Matthiae*. E genetivo plur. num. in frisica lingua facta sunt *Abdena*, *Circsena*. (Cfr.

quod progeniem [1]) significat, composita sunt, uno vel pluribus inter se conjunctis suffixis facta sunt, quae possessiva dici solent. Nam in sanscrita quidem lingua hae patronymicorum terminationes exstant: *a*, *i*, *ja*, *ija*, *êja*, *inêja*, *âjana*, *âjani*, *ajanja*, *êra*, *âira*, *aki*, *ki*, *kâjani*, quarum *a*, *ja*, *êja* usitatissimae sunt; quas ex his quinque simplicibus suffixis: *a*, *ja*, *ka*, *na*, *ra* (*la*) ducendas esse apparet, in quibus possessiva [2]) vis quanquam quodammodo diversa inest. — In bactrica [3]) lingua haec suffixa patronymicam vim habent: *a*, *i*, *ya*, *na*, *ana*, *âni*, *ayana*, quae ex simplicibus suffixis *a*, *ya*, *na* repetenda sunt. — Graeci *ja* et *a* (cf. cap. II) suffixorum ope patronymica formant. — Latini ad gentiliciorum formationem aut *ja* ut in *Marc-iu-s* a *Marcus* aut *la* (*ra*) cum *ja* conjunctum adhibent ut in *Luci-liu-s*; patronymicam [4]) vim habet *na* suffixum in *Aemilianus* et *Octavianus*. — Lituanicae et slavonicae gentes *na* et *ka* suffixis tantum uti videntur, quorum alterum invenitur apud Lituanos in *karal-úna* (i. e. regis filius) et apud Russos in *Il'in* et *Il'iná* (ab *Ilija*) i. e. Eliae filius et filia; atque cum *ow* suffixo conjunctum, in quo possessiva vis inest, *Iwan-ow-na* i. e. Joannis filia (polon. *Ian-ow-na*); alterum suffixum

---

Ruprecht, die deutschen Patronymica nachgewiesen an der ostfriesischen Mundart.) — Recte Pottius (Ersch u. Gruber's Encycl. s. patronymica) conjicere mihi videtur, italica nomina gentilia ut *Garibaldi*, *Crispi* etiam e genetivis derivata esse.

1) Hac ratione in linguis germanicis praesertim septentrionalibus nomina gentilia formata sunt, ut *Anderson*; angl. *Richardson*, *Johnson*; germ. *Bennigsen*. — Comparari possunt latina patronymica, quae apud poetas tantum exstant, ut *Phoebi-gena* (Verg. Aen. 7, 773) *Martigena* (Ovid.) *Soligena* (Val. Fl.), et graeca ut *Πληιάδων Ἀτλαγενέων* Hes. op. 383.

2) Cf. Bopp, krit. Gr. d. Snskt. Sp. §. 584, 1, 2, 10, 16, 17, 18, 20, 27, 54, 59, 61, 63.

3) Cfr. Justi, Handbuch d. Zendsprache p. 374 seq.

4) Cf. Priscian. II, 6, 33: „nec non possessiva loco patronymicorum invenimus apud Latinos usurpata, ut *Aemilianus Scipio* pro *Aemilii filius* et *Octavianus Caesar*.“ Cf. II, 8, 42.

(*ka*) in masculinis patronymicis cum *ow* suffixo conjunctum exstat in *Iwan-ow-icz* (russ.). — Germani *ka* suffixo solo patronymica fecisse videntur. Nam *ing* suffixum, in qua vis patronymica inest (cf. Jacob Grimm, deutsche Grammatik II, p. 349 seq.) ut in anglosaxonica lingua *Eoppa Es-ing* (i.e. *Esae filius*) ex *ka* ortum esse verisimillimum est (cf. Bopp, vergl. Gramm. §. 950).

§. 10. Quodsi in omnibus fere linguis indogermanicis patronymica e possessivis prodierunt, graeca patronymica ejusdem originis esse verisimillimum est. Quare *δα* suffixum, cum in ceteris linguis nihil simile exstet, ex *ja* suffixo possessivo Curtius suo jure duxit. Nec sententiae ejus obici potest, cum cetera adjectiva in *ιο* exstare, in quibus *j* in *i*, non in *δ* transierit, tum apud Homerum eosque poetas, qui illum secuti sunt, atque in boeotica dialecto adjectiva e nominibus propriis facta patronymicam vim habere. Quidni enim statuamus, Graecos prisco quodam tempore, ubi *j* spirantem, qui sonus ut reliquae spirantes ori et auribus eorum molestus invisusque fieri coeptus est, modo in *i* vocalem mutando modo in spiritum asperum vertendo modo *δ* litera praemittenda aptiorem ad pronuntiandum fecisse, *ja* suffixi notionem patronymicam specialem a generali possessiva quasi consulto ita distinxisse [1]), ut in patronymicis et diminutivis in *διον*, *j* literae *δ* praemiserint, in ceteris derivativis hujus suffixi ope factis *j* in *ι* vocalem verterint? Nostra igitur sententia Graeci tempore quodam patronymica in *dja-s* formarunt, quam formam *j* in *ι* solvendo *α* in *ο* vertendo Aeolenses lesbiaci in *διος* [2]), re-

1) Graecos formas, quae unius ejusdemque originis erant, cum diversae notiones eis imponerentur, etiam sonis quodammodo mutandis inter se distinxisse videmus, ut primam personam dual. num. in *μεθον* et plur. num. in *μεθα* ex uno fonte fluxisse compertum est. (Cfr. Schleicher, Comp. §. 283 et 285.) — Jure quodam suffixum patronym. eis suffixis adnumerari possit, quae Curtius (K. Ztsch. IV, p. 211 seq.) *individualisirend* appellavit.

2) Simili modo apud Atticos patronymica, quae a vocabulis co-

liqui *j* plane elidendo *α* antiquiorem vocalem retinendo eamque producendo in *δας* (*δης*) mutarunt. Graeci autem *α* masculinis tum praecipue servasse videntur, cum personas denotabant. Quare tot exstant appellativa, quae personas significent cum in *η-ς* tum in *τη-ς* [1]) exeuntia. Atque ex eadem causa non pauca andronymica in *ια-ς* [2]) (*ειας*, *εας*, *ις*) formata esse videntur. Atque in latina quoque lingua vocabula masc. gen., quorum plurima composita sunt, semper fere personas significant ut *advena*, *perfuga*.

Adjectiva autem in *ιο-ς*, quae apud epicos et in boeotica dialecto patronymicam vim habent (cf. §. 3), quasi pro recentiore formarum strue habenda sunt, quae hoc demum tempore facta est, cum quae *δα* suff. patr. origo esset, Graeci jam diu obliti erant. Itaque non mirum est, quod in patronymicis in *ια-δη-ς* ut *Τελαμων-ια-δης* *ια* et *δα* inter se conjuncta sunt, quanquam ejusdem originis sunt.

§. 11. Jam inquiramus, quomodo poetae Graeci *δα* suffixum patronymicum thematis primitivorum adicere soliti sint. Tenendum vero memoria est, a formandi ratione, quae apud scriptores prosae orationis invenitur quamque antiqui grammatici suo jure normam esse statuerunt, eos non recessisse nisi metro coactos. Maxime autem dactylici poetae, ut creticum et paeonem quartum devitent, a norma deflectere coguntur, non ita melici et tragici, qui omnino in patronymicorum usu parciores facilius illos numeros, qui a dactylica poesi plane abhorrent, suis metris accommodare possunt.

---

gnatos significantibus derivata sunt, *j* in *ε* mutato in *δεός-δοῦς* exeunt ut *θυγατρι-δεός*, *ἀδελφι-δεός* (*-εή*), *ἀνεψια-δεός* (*-εή*), *ὑϊδεός* (*-εή*).

1) Schleichero assentior, qui (Comp. §. 224 p. 436) *της* suffixum ex *tâ* suffixo indogerm. ortum esse contendit, non Boppio, qui (vergl. Gramm. §. 955) *της* ex *târ* derivat. Nam *ρ* in fine verborum apud Graecos abici posse mihi persuadere non possum.

2) Cfr. Papii lexic. nomin. propr. 3. ed., quam curavit Benseler, p. XVII, et XVIII.

Ac primum quidem de eorum patronymicorum formatione, quae secundum normam facta sunt, disseram, nec tamen exempla enumerabo nisi quae apud poetas inveniuntur; e reliquis autem formis patronymicis, quae aut gentilia aut nomina propria sunt, ea tantum afferam, quae aut in aliis aliter formentur dialectis, aut quibus tota patronymicorum formatio illustretur et explicetur.

A. DE REGULARI PATRONYMICORUM FORMATIONE AGITUR.

§. 12. De formatione patronymicorum, quae e thematis masc. gen. in *α* derivantur, in Cram. anecd. oxon. I p. 346 [1]) recte praeceptum est: „*εἰ δὲ ἀπὸ τῶν εἰς ʿας' ἢ εἰς ʿης', ὧν ἡ γενικὴ εἰς ʿου' [ἐστιν ἡ πατρωνυμία], διὰ τοῦ ʿαδης' ποιεῖ τὸ πατρωνυμικόν.*" Adicitur igitur *δα* suffixum *α* ultima thematis vocali correpta. — Cujus formationis haec exempla apud Homerum exstant: *Ἀργεά-δης Π* 417; *Ἱπποτά-δης* [2]) *κ* 2, 36. — *Κεά-δης Β* 847; — *Μεγά-δης Π* 695. — Apud poetas qui post Homerum erant, haec inveniuntur: *Χαριά-δαι* (gens Aeginetica) Pind. Nem. 8, 78; *Κλεινιά-δης* (i. e. *Ἀλκιβιάδης*) Ov. Ib. 631, Christod. 82; — et aeolica: *Ὑῤῥά-διος* Alc. fg. 91; — *Τινά-διος* [3]) Bekk. anecd. 849, 17.

Nonnulla patronymica, quae e primitivis in *ης* derivata sunt, Etymologico Magno (s. *Βουτίδης*) et Prisciano (II, 7, 36) testibus in *ι-δης*, non in *α-δης* desinunt: *Κορυνητί-δης* (a *κορυνήτης*, quod *Ἀρηιθόου* cognomen est, cf. Il. *Η.* 9), quod nusquam nisi apud grammaticos invenitur; — *Τριοπί-δης*, quod Call. Cer. 32 legitur; quod potius ex *Τριοπο*

---

1) De cunctorum patron. formatione cf. Prisc. II, 7, 36; E. M. s. v. *Βουτίδης*; Eustath. p. 13, 41; Bekk. anecd. p. 849, 31.

2) Patronymica homerica, quae apud alios quoque poetas inveniuntur, typis dilatatis exscripta sunt.

3) Patronymica, quae apud grammaticos tantum inveniuntur, semper fere recepi, quod quin a poetis nobis non servatis repetita sint, vix dubium est.

(Theocr. 17, 69) vel *Τριοπ* (Apd. 1, 7, 4, Steph. Byz.) themate derivandum esse videtur, quam ex *Τριοπα* (cf. §. 34); — *Βουτί-δης*, quod nusquam nisi in *E. M.* pro *Βουτά-δης* invenitur. — Praeterea a Suida nescio quo ex fonte *Ἀγχισίδης* affertur. — Apud prosae orationis scriptores haec ejus formationis patronymica, vel potius gentilicia inveni: *Ἀρσακί-δαι* (ab *Ἀρσάκη-ς*) Diod. Tacit. all.; *Ἀναξαγορί-δαι* Paus. 2, 18, 5; 30, 10; *Διαγορί-δαι* Paus. 4, 24, 3; 6, 6, 2. Ad quae accedit *Εὐεργετί-δας* andronymicum Paus. 4, 21, 2. Quae quin, cum plurima patronymica ante *δα* suffixum *ι* praebeant, ex falsa analogia formata sint, non dubito.

§. 13. Metronymica quoque nonnulla exstant; quae a thematis fem. gen. in *α* ita derivata sunt, ut *α* ante *δα* suffixum fortasse ex analogia patronymicorum e thematis in *ο* derivatorum in *ι* verteretur. Homerus quidem metronymicis nondum usus est; „*ἄτοπον γὰρ ἡγήσατο, τὰς τῶν ἡρώων πράξεις ἐξηγούμενος, ἀπὸ μητέρων παράγειν.*“ [1]) Sed Hesiodus metronymica fecit. Atque haec quidem inveniuntur: *Φιλυρί-δης* Hes. th. 1002 (cf. §. 34 a *Φίλυρα*); *Δαναΐδης* (i. e. *Περσεύς* a *Δανάη* matre appellatus) Hes. sc. 229; *Deioni-des* [2]) Ov. Met. 14, 442; *Νιοβίδαι* *E. M.* 166, 10. Schol. ad *Ω* 604; Schol. ad Eur. Phoen. v. 159. Accedunt e prosa oratione: *Μολιονί-δαι* Apd. Paus.; *Βερενικί-δαι* (Steph. Byz.: „*δῆμος τῆς Πτολεμαΐδος φυλῆς --- ἀπὸ δὲ Βερενίκης τῆς Μάγα θυγατρὸς, γυναικὸς δὲ Πτολεμαίου, ὠνομάσθησαν Βερενικίδαι οἱ δημόται*).“ De ceteris metronymicis cf. §§. 15, 16.

§. 14. De patronymicis e thematis in *ο* ducendis in Cram. anecd. l. l. hoc praeceptum est: „*εἰ δὲ ἀπὸ τῶν εἰς ʽοςʼ εὐθειῶν ἐστι [ἡ πατρωνυμία], εἰ μὲν καθαρῶν ὄντων διὰ τοῦ ʽαʼ ἐκφέρονται· οἷον Ἥλιος Ἡλιάδης· Θυέστιος Θυεστιά-δης· τὸ Πάνθοος Πανθοΐ-δης καὶ Πανθοίδης ἡμάρτηται. εἰ δὲ μὴ καθαρά, διὰ τοῦ ʽιʼ· Ὕλλος*

1) Bekker anecd. p. 851, 29.
2) Hoc patronymicum Benseler falso a *Δηίων* derivavit.

Ὑλλίδης· Κόδρος Κοδρίδης." Distinguenda igitur inter se sunt themata impura et pura. Injuria autem his adnumeratur *Πάνθοος*, quod ex *ΠάνθοϜος* ortum esse constat; et omnino de puris thematis praeceptum non rectum est, nisi si ea tantum pro puris habentur, quae in *ιο* exeunt. Quae enim in *αιο* desinunt, in patronymicis *ι* vocalem ex impurorum analogia praebent. In qua vocali impurorum offensionis aliquid inesse posse videtur. Quae enim derivativa a primitivis in *ο* suffixis a consonantibus incipientibus ducta sunt, quaeque acuta ultima primitivi, quae est syllaba ante suffixum, pronuntiantur, ea *ο* vocalem servare solent, ut *τοξό-της*, *ἱππό-τα*, *δημό-σιος*, *κακό-της*, *δολό-εις* (*-Ϝεις*), *λεπτό-τερος*, *λεπτό-τατος*; neque ulla nisi quae in alia syllaba accentum habent *ο* vocalem primitivi in *ε* [1]) vel *ι* debilitant, ut *φοβε-ρός*, *λίθι-νος*, *νόστι-μος*, *πολεμι-κός*. Quodsi in patronymicis, quanquam ultima primitivi acuta pronuntiantur, tamen *ι* pro *ο* invenitur, illud propter sonum quendam vicinum, qui *ι* maxime amet, inductum esse verisimillimum est. Omnium autem sonorum nullum *ι* tam adamasse quam j constat, a quo suffixum patronymicum priore quodam tempore incepisse supra demonstravimus.

Patronymica ejus formationis, quae apud Homerum inveniuntur, haec sunt:

Αἰακί-δης; *Αἰολί-δης* Σ 154, λ 237; *Ἀλκιμίδης* χ 235; *Βοηθοΐδης* δ 31, ο 95, 140; *Βουκολί-δης* Ο 338 (Orph. lap. 457); *Δαρδανί-δης*; *Εὐρυμί-δης* ι 509; (Ov. met. 13, 771); *Εὐρυτί-δης* φ 14, 37; *Ἡπυτί-δης* Ρ 324; *Ἰασί-δης* λ 283, ρ 443; (Verg. Aen. 12,392); *Ἰμβρασί-δης* Δ 250; (Verg. Aen. 10, 123; 12, 343); *Ἰφιτί-δης* Θ 128 [2]); *Κρονί-δης*; *Μαιμαλί-δης* Π 194; *Μερμερί-δης* α 259; *Ναυβολί-*

1) In *οἰκέ-της* etiam *ε* comparet, quamquam acuta paenultima pronuntiatur.

2) Idem patron. ex optimis codicibus nunc receptum est Ov. met. 13, 257, quo loco antea *Hippasides* legebatur.

δης *B* 518, *ϑ* 116; Ὀρμενί-δης *I* 448, *K* 266, *ο* 414; Πανϑοΐ-δης [1]); Περγασί-δης *E* 535; Τενταμί-δης *B* 843; Τηλεφί-δης *λ* 519 (Q. Sm.); Ὑρτακί-δης *B* 837, *M* 95, 110, 163; Ὑπειροχί-δης *Λ* 672.

Apud reliquos poetas haec patronymica ejus formationis exstant: Ἀδραστί-δαι Pind. Ol. 2, 80; Αἰπυτί-δαι or. ap. Paus. 4, 9, 4; Αἰσιμί-δης Tryph. 220; Ἀργασί-δης Nonn. 32, 187; *Astaci-des* Ov. Ib. 513, Stat.; Δάναί-δαι Eurip.; Διδνασί-δης Nonn. 26, 73; Ἰναχί-δαι Nic. fg. 106, Eurip. etc.; Κερκαφί-δαι Anthol. IX, 287; Κοιρανί-δας Pind. Ol. 13, 104; Κραναΐ-δαι Eurip. Suppl. 715; Λαβδακί-δαι Pind. Isth. 3, 26; Soph. Eur. Phoen. 800; Οἰαγρί-δης Nic. ther. 462; *Oebali-des* Ov. Stat. Val. Fl.; Ὁμηρί-δαι Pind. Nem. 2, 1; Ὀρνυτί-δης Ap. Rh. *α*, 207; Οὐρανί-δης Hes. th. 486 etc.; Περγαμί-δης [2]) Anth. app. 9, 83; Πυῤῥασί-δης Q. Sm. 2, 247; Σισυφί-δαι Soph. Aj. 190; Ταιναρί-δης Ov. met. 10, 183; 30, 188; Ταντλί-δης Stasin. [3]) Cypr. frg. 6, 2. Tyrt. Eurip.; Ὠγενί-δαι Steph. B. Hesych.; *Oleni-des* Val. Flacc. 3, 203. — Quorum ex analogia ductum est ex

---

1) Antiquorum grammaticorum sententia (cf. Herod. ad *Δ* 228; Cram. anecd. l. l.) Πανϑοί-δης et Βοηϑοί-δης per synaeresin legenda sunt. Sed cum Romani, qui *οι* diphthongum semper in *oe* mutare solent, *Panthoi-den*, non *Panthoe-den* praebeant, atque omnium consensu Λητοΐδης patronymico, de quo §. 16 disseremus, diaeresis conveniat, etiam Πανϑοΐδης et Βοηϑοΐδης per diaeresin scribenda esse censeo.

2) I. e. Λαομέδων; hoc patronymicum, non ab homine quodam, sed a Πέργαμος arce derivatum esse apparet. Maxima autem ex parte poetae, cum e locorum nominibus patronymica ducunt, ἥρωας ἐπωνύμους, quos quasi derivandi causa interponant, fingere solent. Sic Attalus, Pergami rex a Nicandro fg. 104. Τευϑρανίδης appellatur, quod non tam recta via ex Τευϑρανία quam ex Τεύϑρας rege heroico ducendum est; eodemque modo *Hyacinthus Taenarides* Ov. m. 10, 183 ex Ταίναρος heroe, cf. Paus. 3, 14, 2. Aliter sese habet Περγαμί-δης, quocum conferas *Berecyntia-des venator* Ov. Ib. 506, et *Ephyreiades* Stat. Theb. 6, 652 et *Minciades* (i. e. Vergilius) Juvenc. or. 1, 10, quae recta via e locorum nominibus ducta sunt.

3) Vide C. H. Muelleri opus, quod inscriptum est: *de cyclo Graecorum epico et poetis cyclicis.*

Romulo latino themate *Romuli-dae*, Lucr. 4, 681; Pers. 1, 31; Verg. Aen. 8, 638.

§. 15. Patronymica, quae e thematis in *ιο* derivata sunt, *α* vocalem principalem ante *δα* suffixum servarunt; quam in aliis quoque derivativis thematorum in *ο* servari constat, ut *γοά-ω* a *γόος*, *ἐργάζομαι* ab *ἔργον*. Haec ejus formationis patronymica apud Homerum exstant: *Ἀρκεισιά-δης δ* 755, *ω* 270, 517; *Ἀσιά-δης Μ* 140, *Ν* 560, 759, 771, *Ρ* 584; *Ἀσκληπιά-δης Δ* 204 etc. *Γυρτιά-δης Ξ* 512; *Δεξιά-δης* [1]) *Η* 15; *Θαλυσιά-δης Δ* 548; *Μενοιτιάδης*; *Σεληπιά-δης Β* 693; *Τερπιά-δης χ* 330; *Φαυσιά-δης Λ* 578.

Apud poetas posterioris aetatis haec inveniuntur: *Ἁγνιά-δης* Ap. Rh. *α* 105, 1296, *β* 856; *Berecyntia-des* Ov. Ib. 506; *Ἡλιά-δαι* Steph. Byz. s. *Κάμιρος*, *E. M.*, Strab.; *Thespia-des* Val. Flacc. 1, 124; 2, 367; *Thestia-des* Ov. met. 8, 303, 434; fast. 5, 305; *Laia-des* Ov. met. 7, 759; *Ναυπλιά-δης* Ap. Rh. *α* 136. — Accedunt nonnullà patronymica, quae e nominibus gentiliciis romanis derivata sunt: *Memmia-des* Lucr. 1, 27; Anth. VI, 86; *Junia-des* Auson. idyll. 11, 36; *Annia-des* Claud. 1, 8; *Honoria-des* Claud. 10, 341; quibus adnumerari potest *Minciades* (Vergilius) Juvenc. or. 1, 10, quod a *Mincio* flumine ductum est. — Denique haec metronymica, quae e thematis fem. gen. in *ια* derivata sunt, eodem formandi genere utuntur: *Ilia-des* (Romulus aut Remus) Ov. fast. 5, 565; *Maia-des* Prisc. II, 6, 34.

§. 16. E thematis in *ι* haec duo tantum patronymica vel potius metronymica derivata sunt: *Λητοΐ-δης*, quod primum Hom. h. in Merc. v. 158 et

---

1) Legitur *Π* 15:

Γλαῦκος δ' Ἱππολόχοιο πάϊς, Λυκίων ἀγὸς ἀνδρῶν,
Ἰφίνοον βάλε δουρὶ κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην
Δεξιάδην, ἵππων ἐπιάλμενον ὠκειάων,
ὦμον.

Adnotatum est in schol. *Λ* ad hunc locum: „*εἴτε ὄνομα πατρωνυμικὸν τὸ Δεξιάδην εἴτε ποιότητος ἢ τόπου ἐπίῤῥημα, δύναται καὶ τοῖς ἄνω καὶ τοῖς ἑπομένοις συνάπτεσθαι· ἢ γὰρ Ἰφίνοον Δεξιάδην ἢ βάλε δεξιάδην ὦμον ἢ δεξιάδην ἐπιάλμενον, ἀπὸ τῶν δεξίων μερῶν ἐφαλλόμενον.*"

Hes. sc. 479 legitur. Cujus primitivum in ι desiisse et ex vocativo casu *Λητοῖ* et ex inscriptionibus, in quibus nominativo casu ι subscriptum est, ut *Διονυσῷ* (C. I. n. 2151), quae scriptura Heriodiani testimonio (Bekk. anecd. p. 1204.) affirmatur, elucere mihi videtur. Nec tamen Ahrensio, qui (K. Z. III. p. 81 seq.) οι esse principalem illorum thematorum terminationem contendit, sed potius Curtio assentior, qui (Erläuterungen zu meiner griechischen Schulgrammatik p. 49) ea in οϝι principio exiisse docuit. *Λητοΐδης* autem per diaeresin scribendum esse censeo, quod et *Λητοΐδου* (Anth. app. 213, 4) in pentametri fine legitur, et Statius (Theb. 1, 663, 695) *Latoidem*, non *Latoedem* scripsit.

Alterum metronymicum est *Coronī-des* i. e. Aesculapius, quod legitur Ov. met. 15, 624; fast. VI, 746; Ib. 404. Quod propter ī productum ut videtur Constantius Fanensis (apud Burmannum ad Ov. Ib. 404) a *Κορωνεύς*, quem Aesculapii avum fuissè putabat, derivari voluit. Sed ex Ov. met. 2, 542 seq. apparet, Fanensem Coronidem Coronei filiam, quam Minerva in cornicem mutavit, falso pro Aesculapii matre habuisse, quae Phlegyae filia erat (cf. Paus. 2, 26, 7). Productum autem ī in Coronī-des esse, cujus primitivum *Κορωνῖ(δ)* est, apud Ovidium vix mirum est, qui etiam in *Belīdes*, *Lycurgīdes*, *Dryantīdes*, *Amyclīdes* (cf. §. 33.) contra normam metri gratia longa paenultima usus est.

Huc non spectant gentilicia *Ἀγι-ά-δαι* et *Βακχι-ά-δαι*. Nam in primitivis eorum *Ἆγις* et *Βάκχις* ut in multis aliis ις syllaba Doriensium maxime proprio more ex ιας correpta[1]) est.

1) Cfr. Lobeck path. p. 500 seq. — C. Keil, spec. onom. p. 78. — Benseler in Papii lex. nom. propr. p. XVIII — Mullach, Gramm. d. griech. Vulgärspr. p. 133. — Contractio να syllabae in *u* et *ja* (ια, ιο, *iu*) in ι, quam indici grammatici *samprasaranam* appellarunt omnium fere linguarum indogermanicarum propria est. E latina et graeca posterioris aetatis lingua exempla collegit Ritschelius in eo opere, quod inscriptum est: *de declinatione quadam latina reconditiore quaestio epigraphica.* —

Ἀγιάδαι igitur et *Βακχιάδαι* e thematis *Ἀγια* et *Βακχια*, non ex *Ἀγι* et *Βακχι* ducenda sunt. Nonnunquam tamen etiam in patronymicis *ια* syllaba in *ι* contracta est. Legitur enim *Ἀγίδαι* Paus. 3, 2, 1 et *Βακχίδαι* Paus. 2, 1, 1. Diod. 7, 7. Atque eandem contractionem habes in andronymicis ut *Ἀγησίδης*, *Ἐρυξίδης*, *Ζευξίδης* all., quorum primitiva *Ἀγησίας*, *Ἐρυξίας*, *Ζευξίας* sunt. — Utrum eödem modo *Ἠλιά-δαι*, quod nomen Eliensium St. Byz. laudat, ab *Ἠλια* — *Ἠλι(δ)* derivandum sit, an potius ex eorum patronymicorum analogia, quae *ιο* suffixi ope (cf. §. 25 seq.) formantur, explicandum sit, dijudicare non ausim.

§. 17. Hoc unum patronymicum inveni, *Othryades* Verg. Aen. 2, 319, 336, quod ex *Ὀθρυ* themate in *υ* derivari solet. Sed cum in eo *α* copulativa vocalis nullo modo esse possit, potius *Ὀθρυα* themate (cf. *Ὀθρύας* andronymicum Theogn. can. p. 42, 28) statuendum esse censeo, quod ex *Ὄθρυς*, quod vocabulum Curtius (Grundz. d. gr. Et. n. 405) cum *ὀφρύς* comparavit, simili modo factum est quo *Βοτρύ-ας* ex *βότρυ-ς*, *Ἰχθύας* ex *ἰχθύ-ς*, *Βαθύ-ας* ex *βαθύ*, *Πολύ-ας* ex *πολύ*. Praeterea conferas *Εὐρυά-δης* andronymicum (χ 267), de quo *E. M.* hoc praebet: „*παρὰ τὸ εὐρὺς πατρωνυμικῷ τύπῳ Εὐρυάδης.*"

§. 18. De formatione patronymicorum, quorum primitiva in consonantem aliquam desinunt, in Et. M. s. *Λαομεδοντιάδης* recte praescriptum est: „*πᾶσα γενικὴ εἰς ʽοςʼ διὰ τοῦ ʽιδηςʼ ποιεῖ τὸ πατρωνυμικόν.*" Invenitur igitur in eis *ι* vocalis ante *δα* suffixum; quae quanquam parasitico modo ex j prodiit (*Πελοπ*-j*ας* *Πελοπι*j*ας*), tamen jure quodam vocalis copulativa haberi potest.

Pauca exstant patronymica, quae e thematis in gutturalem aliquam derivata sunt:

Ὑλακ-ίδης Hom. ξ 204. Dubium est, utrum cum Choerobosco 305, 19 *Ὕλαξ*, an cum schol. ad Ω 566 et Eustathio p. 1758, 25 *Ὕλακος* primitivum accipiendum sit. Sed cum etiam appellativa, quorum themata *ακ* syllaba

finiuntur, principio in ακο desierint, (cf. Bopp, vergl. Gram. §. 949) omnino dijudicari non potest, utrum hoc patronymicum jam ab Ὑλακ themate, an ex Ὑλακο principali derivatum sit. Nec aliter judico de Ἀμπυκ-ί-δης i. e. Μόψος (Hes. scut. 181 etc.), cujus pater et Ἄμπυκος (Schol. ad Ap. Rh. α 65) et Ἄμπυξ (Paus. 5, 17, 10) appellatur. Sed primitiva patronymicorum *Atrac-i-des* Ov. m. 12, 209 et Φοινῑκί-δης, quod andronymicum est, semper in κ desinunt. — Accedit Ὀρτυγ-ί-δης Tryph. 178, quod ab ὄρτυξ (ὀρτυγ) jocoso sensu ad garrulitatem significandam ductum esse videtur.

§. 19. E thematis in labialem litteram exeuntibus haec patronymica derivata sunt:

Ἠνοπ-ί-δης Ξ 443; Οἰνοπ-ί-δης Ε 704, quae ut multa alia exornandi causa ab Homero ex adjectivis facta sunt. Accedunt Κεκροπ-ί-δης Eurip. Phoen. 858 etc., quod inprimis ethnicam habet significationem, Πελοπ-ί-δης Aesch. Ag. 1600 etc.; addi potest Μεροπ-ί-δαι Strabo 13 p. 586.

§. 20. Quae patronymica e thematis in τ secundam normam derivata sunt, cum ultima thematis semper aut natura ut in Φερητ aut positione ut in Ἀβαντ producta sit, ea a dactylico metro plane abhorrent; quare alia ratione (cf. §. 28.) formata sunt ab epicis. Sed lyrici et tragici poetae eadem qua prosae orationis scriptores formatione usi sunt:

Κρεοντ-ί-δας Pind. Nem. 6, 67; Παλλαντ-ί-δαι Eurip. Hipp. 35; Φερητ-ί-δης Soph. fg. 345; Χαλκωδοντ-ί-δαι Eur. Jon. 59 (i. e. Euboenses).

E themate in δ derivatum est Μελαμποδ-ί-δαι Anth. app. 371 (cf. Plato Jon. 358E; Pausan. 6, 17, 6). Miro modo formatum est Ἀρκασ-ί-δης Call. h. in Dian. v. 216, quod ab Ἀρκαδ themate derivatum est, de quo Steph. Byz. s. Ἀρκάς: „τὸ πατρωνυμικὸν Ἀρκασίδης· ὤφειλεν οὖν Ἀρκαδίδης, ἀλλὰ διὰ τὸ κακόφωνον οὕτως ἐγένετο· τὸ θηλυκὸν Ἀρκασίς.“ Sed cum et in aliis formis, quales Θουκυδίδης Λυκο-

μηδίδης ab eadem cacophonia Graeci non abhorruerint neque *δ* ante *ι* in *σ* mutare soliti sint, hanc formam Callimachus, qui grammaticus erat, artificiose sibi ipse fecisse videtur.

§. 21. Permulta exstant patronymica, quae secundum normam e thematis in *ν* derivata sunt. Ac primum quidem apud Homerum haec inveniuntur:
Ἀγα-μεμνον-ί-δης α, 30; *Αἱμον-ί-δης* Δ 364, ϱ 467; *Ἀνδραιμον-ί-δης* Η 468; *Ἁρμον-ί-δης* [1]) Ε 59; *Εὐαιμον-ί-δης* Ε 76, Λ 810 (Tryph. 181); *Ἰησον-ί-δης* Η 468, Ψ 747; *Ἱκεταον-ί-δης* Ο 546; *Παιον-ί-δης* Λ 338 (Q. Sm. 6, 550); *Πολυαμον-ί-δης* Θ 270; *Τεκτον-ί-δης* ϑ 114; *Ὑπεριον-ί-δης* [2]) μ 176; *Φραδμονίδης* Θ 257.

Apud poetas, qui post Homerum vixerunt, haec patronymica inveniuntur:
Αἰσον-ί-δης Hes. Pind.; *Ἀκμον-ί-δης* Alcm. fg. 108; *Ἀμαϑαον-ί-δης* Hes. fg. 222 (quod cum Welckero in *Ἀμυϑαονίδης* corrigendum esse videtur); *Alemon-i-des* Ov. met. 15, 26; *Auson-i-dae* Verg. Aen. 10, 564; *Biston-i-dae* (=Bistones) Val. Fl. 5, 552. *Δηιον-ί-δης* Call. h. in Dian. 209; *Δολοπιον-ί-δης* Euphor. fg. 36; *Echion-i-des* Ov. met. 3, 513. 701; Ov. Nonn. 46, 105; *Iason-i-des* Stat. th. 6, 340: *Ixion-i-des* Ov.

---

1) Legitur Ε 59:
Μηριόνης δὲ Φέρεκλον ἐνήρατο Τέκτονος υἱὸν
Ἁρμ-ονίδεω.

Bekkerus et alii schol. B. L. secuti scripserunt *τέκτονος Ἁρμονίδέω* pro andronymico accipientes. Nil tamen impedit, quominus *Τέκτων* andronymicum scribatur et *Ἁρμονίδεω* pro patronymico accipiatur (cf. ϑ 114 *Τεκτονίδης*). Nec enim solum Homerus iis hominibus, quos quasi exornandi et illustrandi causa sibi finxit, nomina dedit, quae vel dignitatem vel mores eorum vel quibus rebus occupati sint, significent, sed etiam patronymica iis adjecit, quae similem aut omnino ornantem habent notionem. Simili ratione in russico quodam carmine epico, quod nuper repertum est, patronymica usurpantur (cf. Bistrom, Zeitschrift für Völkerpsychologie und Sprachwissenschaft V, p. 192).

2) Hoc patronymicum quod apud Hesiodum, hymnorum poetas, Pindarum, alios saepius legitur, in homericis carminibus hoc uno tantum loco libri μ legitur, quem posterioris originis esse notum est.

m. 8, 566; *Λυκαον-ί-δης* Theocr. 1, 124; *Μαιον-ί-δης* Anth. Ov. etc.; *Mygdon-i-des* Verg. Aen. 2, 342; *Ophion-i-des* Ov. m. 12, 245; *Πανδιον-ί-δης* Dion. P. 1024; *Parthaon-i-des* Val. Fl. 3, 705; *Φιλαμμον-ί-δας* Theocr. 24, 108.

In quibusdam linguae Graecae dialectis e thematis in *ων-ωνος* andronymica ex analogia patronymicorum facta inveniuntur, in quibus *δης* (*δας*) terminatio ipsi themati *ι* vocali non intercedente adicitur; cujus formationis inprimis apud Boeotos multa exstant exempla, ut:

Αἰσχρών-δας (C. I. n. 1599), *Ἐπαμεινών-δας*, *Ἑρμαιών-δας*, *Παγών-δας*, *Σκιρφών-δας* alia. Sed etiam Styrenses Euboici, qui ionicae gentis erant, andronymicis ejus formationis usi sunt. Nam in laminis plumbeis apud Styram urbem repertis, quae Franciscus Lenormant in Museo Rhenano tom. 22. p. 276 vulgavit, nomina scripta sunt, quae eadem ratione formata sunt: *ΙΠΠΟΝΔΕΣ*[1]) (n. 57), *ΤΙΜΟΝΔΕΣ* (n. 183), *ΜΕΛΙΝΔΕΣ* (n. 121). Atque a Plutarcho (Sol. cap. 14) tyranni cujusdam Euboici nomen commemoratur, quod est *Τυννών-δης*. Sed in aliis quoque quibusdam dialectis eodem modo andronymica formata esse videntur; nimis tamen pauca exempla inveni, quam e quibus certo judicari possit. Exstant autem apud Sicilienses: *Χαρών-δας* (legislator Catanae urbis Plat. rep. 10, 599 E); *Φιλών-δας* (pastor apud Theocr. 3, 1). Praeterea *Λαιτών-δας* Sicyonius quidam apud Paus. 6, 17, 5. commemoratur.

§. 22. Satis multa patronymica maxime homerica exstant, quae e thematis in *ρ* derivata sunt. In omnibus autem fere, cum primitiva eorum aut nomina agentia in *τορ* aut composita ex *ηνορ* sint, magis inest vis quaedam exornandi, de qua cf. adnot. ad §. 21.

Nondum enim apud Homerum *Ὑπερίων* Solis patrem significare, sed epitheton ornans esse, inter omnes constat.

1) Falso transcripsit Lenormant: *Ἱππόν-δης*, *Τιμόν-δης*, nam et ex analogia boeoticorum nominum et ex primitivorum ut *Τίμων Τίμωνος* paenultimam productam esse apparet.

Leguntur autem apud Homerum haec:

Ἀκτορ-ί-δης Π 189; *Ἀλαστορ-ί-δης* Υ 463; *Ἀλεγηνορ-ί-δης* Ξ 503; *Ἀντηνορ-ί-δης* (Verg. Q. Sm.); *Δαμαστορ-ί-δης* Π 416 etc. (Q. Sm.); *Ἑκτορ-ί-δης* Σ 401; *Εὐηνορ-ί-δης* β 242, χ 294; *Θεστορ-ί-δης* Α 69, Μ 394 (Ov. Tryph.); *Καλητορ-ί-δης* Ν 541. *Μαστορ-ί-δης* Ο 438, β 158, ω 452; *Νεστορ-ί-δης* (Tryph.); *Ὀνητορ-ί-δης* γ 282; *Πεισηνορ-ί-δης* α 429, β 347, υ 148; *Πολυκτορ-ί-δης* σ 299, χ 243; *Φιλητορ-ί-δης* Υ 457.

E poetis posterioris aetatis haec accedunt:

Ἀγηνορ-ί-δης Ap. Rh. β 178 etc. Ov. Val. Fl. Orph. Nonn.; *Ἀκεστορ-ί-δαι* Call. lav. 34; *Ἀλεκτορ-ί-δης* Orph. arg. 139; *Ἀμυντορ-ί-δαι* Pind. Ov.; *Ἀρεστορ-ί-δης* Ap. Rh. α 112, 325.

§. 23. Jam inquiramus, quomodo e thematis, quae ϝ vel σ spirantibus finiuntur, patronymica derivata sint. Atque graeci quidem grammatici (Cram. anecd. epim. I 346) haec praeceperunt: „*ὁμοίως δὲ καὶ ἀπὸ τῆς εἰς ῾ους᾿ γενικῆς διὰ τοῦ ῾ειδης᾿ γίνεται ἡ παραγωγή· οἷον Ἡρακλῆς Ἡρακλεΐδης καὶ Ἡρακλείδης· καὶ ἀπὸ τῶν εἰς ῾ευς᾿ εὐθειῶν διὰ τοῦ ῾ειδης᾿. οἷον Πηλεύς Πηλεΐδης, Πηλείδης.*“ Patronymica igitur, quae secundum normam e thematis in *ευ* sive *εϝ* — de thematis in σ jam infra agam — derivata sunt, in *ειδης* desinere recte statuerunt. Atque hoc quoque recte praescriptum est, *ειδης* contractum esse ex *εΐδης*. Nam ex *Ἀτρευ* primum *Ἀτρεϝ-ί-δης*, deinde digammo eliso *Ἀτρε-ΐ-δης*, denique per synaeresin *Ἀτρείδης* factum esse apparet.

Haec ejus formationis patronymica apud Homerum exstant:

Ἀζείδης Β 513; *Αἰγείδης* Α 265; *Ἀμαρυγκείδης* Β 622; *Ἀτρείδης*, quod omnium patronymicorum creberrimum est; *Καινείδης* Β 746; *Νηλείδης* Ψ 652 (Q. Sm. 2, 369); *Οἰνείδης* Ε 813; *Ὀτρυντείδης* Υ 383; *Πηλείδης*; *Τυδείδης*; *Φυλείδης*.

Poetarum posterioris aetatis haec accedunt:

Aenīdae (i. e. Cyziceni ab Αἰνεύς nominati cf. Orph. Arg. 500) Val. Fl. 3, 4; Ἀχιλλείδης Anth. Ov. Christod.; Ἐρεχθεῖδαι (Athenienses) Soph. Ant. 982 etc.; Θησεῖδαι (Athenienses) Soph. etc.; Κρηθείδης Pind. Pyth. 4, 270; Ap. Rh. γ 357; Νηλείδης Ap. Rh. α, 958; Ov. met. 12, 533; *Penthīdes* Ov. Ib. 445, 605; Πευκείδης Hes. sc. 187; *Terĕīdes* Ov. Ib. 436; *Phinīdae* Ov. Ib. 273.

Jam quaerendum est, utrum in his patronymicis paenultima per synaeresin an per diaeresin apud Homerum scribenda sit. Omnium autem doctorum hominum, quantum equidem scio, primus Brunckius (ad Ap. Rh. α. 58) diaeresin his formis adjudicavit: „venustius in versu scribi Καινεΐδης τετρασυλλάβως absque synaeresi.“ Post eum inprimis I. Bekkerus in altera carminum homericorum editione „versu magistro diphthongos patronymicorum dissolvit.“ Alii vero docti homines, inter quos F. A. Wolfius (praef. ad Odyss. 1794 p. XI seq.), G. Hermannus (in hymnis homericis), Lobeckius (pathol. graec. serm. II p. 10, 14), synaeresin apud Homerum retinuerunt. Quorum quae sententia probanda sit, non facile est dijudicatu. Hoc tamen jam inter omnes constat, apud Pindarum et in canticis tragicorum haud raro statuendam esse diaeresin. Ex quo quidem de Homeri sermone nihil concludi potest: alia enim est dialectus epica, alia lyricorum et tragicorum. At jure quodam Bekkerus versu magistro diphthongos patronymicorum dissolvisse videri potest; nec enim usquam apud Homerum ει syllaba in arsi, semper in thesi invenitur. Nihilo tamen secius Bekkero assentiri nequeo. Quanquam enim, postquam *F* inter ε et ι ejectum sit, aliquamdiu illas vocales per diaeresin pronuntiatas esse concedendum est, plane tamen ignoramus nec ullo modo conjectura assequi possumus, utrum hac ipsa aetate, qua carmina homerica orta sint, diaeresis usitata fuerit, an poetae homerici ut in aliis rebus sic in eo quoque, quod ει syllabam in arsi non posuerint, prioris temporis usum secuti sint. Ceterum omnium vocalium ε et ι facillime in ει diphthongum

coalescere jam inter omnes constat. Nec dubitandum est, quin Alexandrinorum tempore *ε-ι* non solum in *ει* diphthongum coaluerint, sed etiam *ει* diphthongus jam in *ι* monophthongum transierit. Si vero etiam Ovidius in *Terĕīdes* [1]) diaeresin servavit, non tam antiquioris temporis usum (cf. I. Bekker homer. Blätter p. 308), quam femininorum patronymicorum analogiam (cf. §. 57.) secutus esse videtur.

Patronymicis, quae e thematis in *F* derivata sunt, adnumerandum esse videtur *Ἡρώ-δης* vel *Ἡρῴ-δης* andronymicum, cujus primitivum *ἡρο F* ex *ἡρο-Fο* decurtatum esse verisimillimum est (cf. Curtius, Erläuterungen p. 51). — Fortasse huc quoque spectat *Μινῴδης*, quod patronymicum in *E. M.* saepius invenitur. Si enim revera *Μίνως* et *Manu-s*, qui secundum Indorum fabulas hominum genitor est, inter se respondent (cf. Kuhn in K. Z. IV p. 80 seq.), utriusque nominis forma antiquior *Mâ-na-va*[2]) fuisse videtur, ex qua et skrt. *Manu-s* et gr. *ΜῖνοFο-ς*, *ΜῖνοF-ς*, *Μῖνως* prodire poterant.

§. 24. Ex analogia patronymicorum e thematis in *ευ* ductorum formae in *ειδης* etiam tum exspectantur, cum thematapr imitivorum in *ες* desinunt. Ut enim in his *F* eliso sic in his *σ* eliso *ε* et *ι* in *ει* diphthongum contrahi debebant. Atque haec quidem ejus formationis exempla exstant:

Πολυθερσεί-δης[3]) Hom. χ 287; *Μεγαμηδεί-δης* h. in Merc. 100; *Ἐπικυδεί-δης* orac. apud Herod. VI,

---

1) Ov. Ib. 436 legitur: *Tantalides tu sis Tereidesque puer.*

2) Non *man* sed quae similis notionis est *mâ* radicem esse puto, ex qua *nava* suffixi ope, quod in *nu νυ* corripi potest, non solum scrt. *ma-nvê* et graec. *μηνύω* praesentia, sed etiam substantiva *Ma-nu-s* et *Mī-νω-ς*, in quo radicis productio servata est, derivata esse possunt. Ejusdem cujus scrt. *Manus* originis germ. *Mannus* (Tacit. Germ. 2.) esse jam satis notum est.

3) Falso Steinkius (*de patronymicis graecis Elbingae* 1846) hoc patronymicum a themate in *α* derivat. Sed potius *-θερσης* a *θάρσος* substantivo ductum est, quod aeolice sonat *θέρσος*, a qua forma alia quoque andronymica Homerica propagata sunt ut *Θερσίτης*, *Ἀλιθέρσης*.

86; *Εὐηρείδης* Call. lav. 81, 106; Theocr. 24, 17. — At contra ut in ceteris derivativis, quae e thematis in *ες* propagata sunt, sic in patronymicis quoque et andronymicis ad exemplum eorum factis paenultima multo saepius *ι* quam *ει* praebet: *Πλεισθενί-δαι* Aesch. Ag. 1569; *Leoprepi-des* Ov. Ib. 510; *Ἀχαιμενί-δης* Christod. 389. et accedunt andronymica paene innumerabilia ut *Εὐρυκρατίδης*, *Ἀντιμενίδης*, *Εὐανθίδης*, *Τιμηγενίδας* alia.

Quod vero praeceptum de andronymicis hujus generis in *E. M.* s. *Ἀτρείδης* legitur: „*ταῦτα* (sc. *τὰ εἰς 'ης' εἰς 'ους' ἔχοντα τὴν γενικὴν*) *εἰ μὲν βραχείᾳ παραλήγεται, διὰ τοῦ 'ι' γράφεται, Εὐτυχὴς Εὐτυχίδης* etc. - - · *εἰ δὲ μακρᾷ παραλήγεται, διὰ τῆς 'ει' Εὐήρης, Εὐηρείδης*," id ne falsissimum sit vereor. Nec enim solum interdum in brachyparalectis *ει* diphthongus invenitur ut in *Ἱπποκρατείδης* (C. I. n. 285); *Ἐπιμενείδης* (C. I. n. 302, cf. Lobeck paralip. p. 5), quae quidem exempla itacismo deberi videntur, atque apud Aristophanem Ach. 220 *Λακρατίδης*, quod in omnibus codicibus legitur, jure suo Bentleyus in *Λακρατείδης* mutavit, sed etiam ea andronymica, quae cum a thematis macroparalectis derivata sint, praecepto illo per *ει* scribenda sunt, semper fere *ι* vocalem praebere, ut *Ἀγαμηδίδης*, *Θρασυμηδίδης*, *Ἐπικυδίδης*, *Ἀμφηρίδης*, *Εὐανθίδης*, Lobeckius (l. l.) demonstravit. Nec tamen ei assentiri possum patronymica per *ει*, andronymica per *ι* scribenda esse. Breviorem enim formam eamque metro firmatam habes in eis tribus patronymicis, quae supra laudavi. Potius hoc mihi statuendum esse videtur: communi sermoni jam ante illud tempus, quo *ει* et *ι* eodem modo pronuntiarentur, nullas nisi in *ι* formas usitatas fuisse, poetas vero, cum metro cogerentur, priorem formationem in *ει* servasse.

Sed ea patronymica, quae e thematis in *κλης* (*κλεϜος*) propagata sunt, jam apud Homerum *ε* ejecerunt. Exspectatur enim v. c. ex *Ἡρακλῆς* *Ἡρακλεϝεσ-ί-δης*, quod spirantibus elisis in *Ἡρακλεείδης* contrahi debebat. Constanter autem *Ἡρακλείδης* invenitur. Quo spectant haec

patronymica: *Ἡρακλεί-δης* Hom.; *Ἰφικλεί-δης* Hes. sc. 111, Pind.; *Neocli-des* Ov. pont. I, 3, 69; *Οἰκλείδας* Pind. Ol. 6, 20. Aesch. Sept. 382.

B. QUOMODO POETAE DACTYLICI METRI GRATIA PATRONYMICA FORMAVERINT, EXPONITUR.

Poetas dactylicos ut ab hac, quam modo perlustravimus, formatione patronymicorum recedant haud raro metro cogi neminem fugiet. Nec enim conveniunt metro dactylico patronymica secundum normam facta, quorum primitiva si in vocalem exeunt, macroparalecta, si in consonantem, macrocatalecta sunt; nec minus a metro dactylico ea abhorrent, quorum primitiva, si in vocalem exeunt, tribrachyn, si in consonantem, pyrrhichium faciunt.

§. 25. Maxima patronymicorum pars, quae e thematis prioris generis derivata sunt, ante *δα* suffixum *ια* litteras praebent ut *Ἀγχῖσ-ιά-δης* ab *Ἀγχῖσα*, *Τελαμων-ιά-δης* ab *Τελαμών*. Qua forma metri causa poetas uti jam antiqui grammatici intellexerunt; legitur enim apud Eustathium 13, 11.: „*Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι οὐκ ἀεὶ τὸ ʽαʼ ποιητικῶς πλεονάζει ἐν τοῖς διὰ τοῦ ʽιδηςʼ πατρωνυμικοῖς, ἀλλὰ μόνον ἐξ ἀνάγκης, ὅτε πρὸ τοῦ ʽιʼ μακρά ἐστι συλλαβή· οἷον Τελαμωνίδης Τελαμωνιάδης, Νηληΐδης Νηληϊάδης, οὕτως οὖν καὶ Πηληΐδης, Πηληιάδης· εἰ γὰρ μὴ πλεονάσῃ ἐν τοῖς τοιούτοις τὸ ʽαʼ, καὶ οὕτως ἀπαρτισθῇ δάκτυλος, οὐ συντελοῦσιν εἰς μέτρον ἡρωϊκὸν διὰ τὸ καταπεραιοῦν εἰς πόδα ἀμφίμακρον.*" Quae autem esset natura illius *ια* syllabae, inter antiquos grammaticos discrepabat; cf. Cramer. anecd. Oxon. I p. 443 s. *Χαλκωδοντιάδης· „οἱ μὲν λέγουσι, ἀπὸ εὐθείας Χαλκωδοντιὰς γίνεσθαι, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Χαλκωδόντιος κτητικοῦ. ἀλλʼ οὐδέποτε τὰ πατρωνυμικὰ ἀπὸ τοῦ κτητικοῦ γίνεται, ἀλλʼ ἀπὸ κυρίων· ἄμεινον οὖν πλεονασμὸν λαμβάνειν. γέγονεν οὖν ἀπὸ τῆς περιττοσυλλάβου γενικῆς·*

ὡς γὰρ Ἀγαμεμνονίδης, Τεκτονίδης οὕτως Χαλκώδοντος Χαλκωδοντίδης καὶ πλεονασμῷ Χαλκωδοντιάδης."

Harum sententiarum primam negligendam esse censeo non solum quod parum credibile videtur a femininis derivata esse marium nomina, sed etiam quod, cum *Χαλκωδοντίς* praeter *Χαλκωδοντιάς* exstet, quae hujus *α* origo sit, iterum quaerendum est.

Quae vero harum sententiarum graecis grammaticis maxime arridebat, *α πλεονάζειν* vel per epectasin ionicam (cf. Gregor. Corinth. p. 488 ed. Schäfer) inductum esse, ea nostrae aetati minime probatur. Nec enim unquam poetas, quanquam a communi sermone formis modo magis compressis modo magis extentis utendo longe recedebant, sonos supervacaneos et quasi otiosos metri tantum causa inculcasse e grammatica comparativa cognovimus.

Quare secunda potius earum quas supra laudavi sententiarum, quam Tryphonis fuisse ex Bekk. anecd. p. 849 apparet, accipienda esse videtur. Cum enim in gentiliciis qualia *Δηλ-ια-κός*, *Κορινθ-ια-κός* *ια* et *κο* suffixa, quorum utrumque possessivam habet vim (cf. §. 9.), inter se conjuncta sint, quidni eodem modo in patronymicis in *ιαδης* *ια* et *δα* suffixa, quorum utrumque habeat patronymicam vim (cf. *Τελαμώνιος Αἴας*), inter se conjuncta esse statuamus? Neque huic sententiae obstat, quod *δα* suffixum ejusdem atque *ιο* originis est (cf. §. 10). Nam poetae homerici, cum patronymica in *ιαδης* facere coepissent, unde *δα* suffixum ortum esset, jam obliti erant. Concedendum autem est poetas hoc formandi genere nunquam fere nisi metro coactos usos esse.

§. 26. Jam quomodo e singulorum thematorum generibus patronymica hujus formationis deriventur indagemus. — Ac primum quidem e t h e m a t i s i m p u r i s m a c r o p a r a l e c t i s i n *α* haec patronymica Homerus derivavit:

Ἀγχισ-ιά-δης (Verg.); *Θυεστ-ιά-δης* δ 518 (Ov. Qu. Sm. Claud.); *Λαερτ-ιά-δης* (*Λαρτ-ιά-δης* Eurip. Anth.). Quorum extrema duo e *Λαέρτιος* et *Θυέστιος* nominativis

veteres ducere solent. Ac revera *Λαέρτιος* nominativus apud tragicos et in anthologia haud raro invenitur. Sed cum neque ceterorum patronymicorum, quorum non pauca exstant, primitiva nominativos in *ιος* praebeant et Homerus nullam nisi *Λαέρτης* formam usurparit, vix dubito, quin *Λαέρτιος* nominativus potius ex *Λαερτιά-δης* patronymico ductus sit. — Poetarum posterioris aetatis haec accedunt: *Ἀλητ-ιά-δαι* Call. frg. 73; *Amyntia-des* Ov. Ib. 293; *Ὀρεστιά-δης* Schol. Call. lav. 37; et metronymica *Acrision-ia-des* Ov. met. 5, 70 (quod potius ab *Ἀκρισιώνη* i. e. Danae Acrisii filia (cf. Hom. Ξ 319) quam ab *Ἀκρίσιος* duobus patronymicis suffixis inter se conjunctis (cf. §. 35.) derivatum esse videtur), et *Atalant-ia-des* Stat. Theb. IX, 789.

§. 27. Patronymica, quae e thematis impuris macroparalectis in *ο* ea ratione derivata sunt, haec sunt: *Ἀρητ-ιά-δης* Hom. *π*, 395; *Amphiarē-ia-des* Ov. fast. 2, 43, in quo, cum primitivum in *ᾱ-ος* sive *ῆ-ος* (Pind. Nem. 9, 57) sive *ε-ως* desinat, *F* ante *ο* ejectum esse videtur; in patronymico *η* pro *α* fortasse ex analogia pindaricae formae dissimulationis causa Ovidius usurpavit; *Asop-ia-des* Ov. met. 7, 484; *Βαττ-ιά-δης* (i. e. Callimachus; pl. num. = *Κυρηναῖοι*) Call. Catull. Ov. etc.; *Ἰλ-ιά-δης* (i. e. Ganymedes) Anthol. IX, 77, Ov. met.; *Κηφισιάδης*[1]) Paus. IX. 34, 9. *Κροτωπ-ιά-δης* Call. frg. 315, Ov. Ib. 478; *Κωνσταντῖν-ιά-δης* Anth. IX, 195; *Πυῤῥ-ιά-δαι* (Molossi, cf. Justin. 17, 3) Hesych.; *Φαυστῖν-ιά-δης* Anth. XV, 48; *Φιλιππ-ιά-δης* (i. e. Alexander M.) vit. Pindari ex Eustath. prooem. comment. Pind. — Ad haec accedunt: *Ὑλλ-ιά-δαι* Anth. XIII, 18, quam formam Lobeckius (el. path. 2, p. 11) rectissime ut mihi videtur pro *Ὑλαΐδαι*, quod in codicibus est, scribere voluit; et *Φλῡ-ά-δης* epigr. apud Pausan. IV, 1, 8, in quo, cum e *Φλυό-ς* ductum sit, *ι* post *υ* elisum est.

Scriptores prosae orationis hac formatione, quam aug-

---

1) Paus. l. l. praebet: „τινὲς Κηφισιάδην τὸν Ἐτεοκλέα ἐκάλεσαν ἐν τοῖς ἔπεσιν.“

mentatam dixerim, non usos esse constat; dicunt enim *Μερμνά-δαι* (Herod.), *Παμβωτά-δαι* (Steph. Byz.), *Ὁμηρί-δαι, Τευκρί-δαι* (Isocr.). Quaeque andronymica patronymicorum typo percussa in *ιαδης* exeunt, ea e primitivis aut in *ια* aut in *ιο* repetenda sunt. Cui legi repugnare videtur *Βαττ-ιά-δαι* Herod. IV, 202, cujus primitivum *Βάττος* est, et *Ἡφαιστ-ιά-δαι* quod nomen *δήμου* cujusdam Attici ab *Ἥφαιστος* ductum esse videtur. Sed in Herodoti codicibus legitur *Βαττά-δαι*, non *Βαττιά-δαι*, quod potius in *Βαττίδαι* (cf. Pind. Nem. 6, 53: *Βασσίδαισιν*), quam in *Βαττιάδαι* mutandum esse videtur. Atque *Ἡφαιστιάδαι* priore tempore *Ἰφιστιάδαι* ab *Ἰφίστιος* heroe nominatos esse ex inscriptione quadam (C. I. I p. 402) et locis Hesychii et Suidae apparet.

Eodem modo quo e thematis in *α* et *ο* patronymica *ια* suffixo intercedente e thematis macrocatalectis in *τ ν Ϝ σ* derivantur — nam in *κ π ρ* primitiva macrocatalecta non desinunt —.

§. 28. Atque e thematis in *τ* haec patronymica homerica facta sunt: *Κρειοντ-ιάδης* *Τ* 240; *Λαομεδοντ-ιά-δης* *Γ* 250, *Ο* 527; *Φερητ-ιά-δης* *Β* 763, *Ψ* 376; *Χαλ-κωδοντ-ιά-δης* *Β* 541. — Apud poetas posterioris aetatis haec inveniuntur: *Ἀβαντ-ιά-δης* Ap. Rh. *α*, 78 etc.; *Athamant-ia-des* Propert. IV, 6, 22, Ov. met. 13, 919; *Atlant-ia-des* Ov. met. 2, 704, 834; 8, 627; *Βιαντ-ιά-δης* Ap. Rh. *β* 63, 111; *Βυζαντ-ιά-δης* *E. M*; *Δρυαντ-ιά-δης* [1]) Nonn. 20, 187; 21, 1, 66; *Καλχαντ-ιά-δης* Anthol. Pl. 336, 2; *Poeant-ia-des* Ov. met. 13, 313.

§. 29. E thematis macrocatalectis in *ν* haec patronymica derivata sunt: *Τελαμων-ιά-δης* Hom.; *Ἀμφιτρυ-ων-ιά-δης* Hes. th. 317; sc. 165 etc.; *Καυκων-ιά-δης* epigr. ap. Paus. IV, 1, 8, quod a *Καύκων* gentilicio derivatum est; *Πρεσβων-ιά-δης* or. ap. Paus. IX, 37, 4. — Hanc for-

1) Ov. Ib. 343 legitur *Dryant-ī-dae* quod cum ῑ contra normam productum sit, fortasse in *Dryantiadae* mutandum est.

mationem dactylicam duobus prioribus etiam Pindarus servavit, quae carminibus epicis sine dubio notissima erant. At contra sermonis communis usum secutus *Ἀλκμᾱνίδαι* dixit.

§. 30. Eandem formandi rationem nonnulla patronymica praebent, quae e thematis in *ευ* (*εϜ*) ducta sunt; in quibus ante *ια-δης* terminationem *ε* digammo eliso in *η* producitur. Qua formatione graeci poetae Homero et Quinto Smyrnaeo exceptis rarissime, nunquam latini usi sunt. Apud Homerum autem haec leguntur:

Καπανη-ιά-δης *E* 109; *Μηκιστη-ιά-δης* *Z* 28; *Νηλη-ιά-δης*; *Περση-ιά-δης* *T* 116, 123; Orph. lap. 505; *Πηλη-ιά-δης* (Q. Sm.). Apud epicos posterioris aetatis haec inveniuntur: *Πανοπη-ιά-δης* Q. Sm. 4, 336; *Κρηθη-ιά-δης* epigr. ap. Paus. VIII, 25, 9; *Θηση-ιάδης* Anth. app. 51, 33; *Πενθη-ιά-δαι* Opp. cyn. IV, 290; quibus accedit *Ἰφι-κλη-ιά-δης* Q. Sm. 1, 234, quod cum e themate in *κλης* (i. e. *κλεϜες*, *κλεϜ-*) derivatum sit, eodem modo formatum est atque patronymica e thematis in *ευ* (cf. §. 24).

Nemo non intelleget has formas Homerum — qui alii poetae patronymica ejusmodi formarunt, ei Homeri vestigia presserunt — metro non cogente fecisse. *Μηκιστείδης* enim v. c. et *Περσείδης* non minus in metrum dactylicum quadrant, quam *Μηκιστηιάδης* et *Περσηιάδης*. Inveniuntur autem tales formae nusquam nisi in formulis quibusdam, quorum duo genera discernenda esse censeo. Ac primum quidem, quod in adlocutionibus usurpari solet, eo continetur, quod patronymica quinque vel sex syllabarum ita ponuntur, ut penthemimeri plane neglecta hephthemimeris fiat, cui semper fere trithemimeris antecedit (cf. I. Bekker, homer. Blätter p. 143). Quo spectant formulae ut:

Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν᾽ Ὀδυσσεῦ

quae 22 locis legitur, et quae quattuor locis legitur:

ὦ Νέστορ Νηληιάδη — — — —,

quacum compares *E* 109:

ὄρσεο πέπον Καπανηιάδη. — —

Alterum genus formularum, in quo ejusmodi patrony-

mica legi solent, eo continetur, quod patronymica genetivo casu post penthemimerin ita posita sunt, ut in quinto pede caesuram aliquam faciant. Quo spectant formulae ut *Μενοιτιάδαο δαμῆναι Π* 434. 452, cf. 420. 438: *Μενοιτιάδαο θανόντος P* 538, *Φ* 28; *Νηληϊάδαο γέροντος Θ* 100. *Ο* 378, quibuscum compares *Πηληϊάδαο φύλαξιν Π* 656. — Si vero versus vocabulo tetrasyllabo clauditur, ionica genetivi forma in *εω* usurpatur ut *Λαερτιάδεω Ὀδυσῆος* et *Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος*, quocum compares *Πηληϊάδεω ἀφίκοιτο Ω* 431, *Πηληϊάδεω ἀφίκωμαι* 448; *Νηληϊάδεω ἀφίκοντο Λ* 618.

Patronymicis igitur augmentatis hujus ordinis non tam dactyli pedis supplendi causa quam ut versus in certas quasdam formulas redigerentur, poetae usi sunt. Nec tamen e formulis repeti possunt *Μηκιστηϊάδης Ζ* 28 et *Νηληϊάδαο Ψ* 303; *Περσηϊάδαο*, quod legitur in fine versus *Τ* 116, 123 tot patronymicorum analogiam sequitur, quae genetivo casu versum finiunt.

§. 31. Alia atque de qua modo disseruimus ratione ex *Ὀϊλευ* themate *Ὀϊλ-ιά-δης* patronymicum Homerus derivare solet, a quo haud ita recedit Pindarus, qui cum Ajacis Locrensis patrem *Ἰλέα* (ab *Ἰλεύς*) nominet, *Ἰλ-ιά-δης* formavit (Ol. 9, 120).

Atque eodem modo facta sunt haec patronymica: *Ἀλωιά-δαι* Ap. Rh. *α* 482, 489 (Diod. Sic. 4, 85 praebet *Ἀλφάδαι*; reliqui prosae orationis scriptores *Ἀλωάδαι*, *ι* vocali elisa) ab *Ἀλωεύς* themate; *Νηλ-ιά-δης*, quod cum Passovio apud Alex. Aet. 1, 26 in Parthen. Erot. 14 (Anth. gr. I p. 208) pro *Νειλιάδαο* restituendum esse videtur. Legitur enim hic pentameter:

ὧδε μὲν ἡ Φοβίου Νειλιάδαο δάμαρ

φθέγξετ' κ. τ. λ.

Ac Brunckius quidem correxit *Νηλεΐδαο*, quod Schneidewinus (del. I p. 162) recepit. Sed cum apud Alexandrinos poetas dactylicos aliud ejus formationis patronymicum non exstet, in quo *ει* syllaba per diaeresin legatur, haud scio an cum Passovio *Νηλιάδαο* scribendum sit, quod ad

codicis scripturam proxime accedit. -- Quod formandi genus ita explicandum esse censeo, ut v. c. in *Ὀϊλεν* themate digammo amisso *ε* propter *ια* vocales quae sequuntur ex analogia derivativorum ut *λόγ'-ιος* pro *λογε-ιος* ejectum sit, quod in aliis quoque derivativis thematorum in *F* et *σ* factum esse vidimus, ut *βασιλ-ικός γεν-ικός*. Ac praesertim in *Ἀλωιάδαι*, cujus primitivum alteram vocalem ante *ε* praebeat, hoc facillime fieri potuit.

§. 32. E thematis puris in *α* et *ο*, quorum paenultima e diphthongo cum *ι* composita constat, patronymica usitata ratione derivantur. Sed ut creticus in fine eorum vitetur, aut *ε*, si quidem paenultima thematis ex *ει* diphthongo constat, in *η* producitur, aut *ι* altera paenultima vocalis plane eliditur. Atque prioris quidem formationis haec exempla sunt: *Αὐγηιά-δης* *B* 624, quod ab *Αὔγεια* themate, et *Βορηιά-δαι* Anth. IX, 550, quod a *Βορεα* vel *Βορεια* themate derivatum est. — Alterius formationis complura exstant exempla:

Aenĕa-dae[1]) Lucr. Verg. Ov. Anth. Opp. etc. ab *Αἰνεια* themate; *Ἀνθεά-δαι* (i. e. Halicarnassenses) St. Byz. s. *Ἀθηναῖοι*, cujus primitivum *Ἀνθείας* vel *Ἀνθέας* fuisse videtur. Saepissime enim jam in primitivis *ι* vocalis elisa est, ut in *Ἀνδρέας* ab *ἀνδρεῖο-ς*, *Ἀστέας* ab *ἀστεῖο-ς*; *ε* et *α* in *ᾱ* contracta sunt in *Δημᾶς*, ex quo derivatum est *Δημᾱδης*[2]).

---

1) Verg. Aen. IX 653 legitur *Aenīde*, quo nomine Iulus appellatur; quam formam contra normam factam Heinsius et Burmannus in *Aenĕide* mutaverunt, quod vix tolerabile est. Nam secundum normam *Aeneade* formandum erat. Sed cum Servius et Priscianus II, 36 („*Aenīdes magis contra regulam auctoritate poetica posuit Vergilius, e et a correptas in i productam convertens vel quasi ab Aeneus Aenīdes sicut a Peleus Pelīdes*“) Vergilium ita scripsisse testentur, nihil corrigendum est. Potius cum Forbigero statuerim, hoc loco de industria ut Iulum significaret a regulari formatione poetam recessisse.

2) *E. M.* p. 265, 12 praebet: „*ἀπὸ τοῦ Δημέας γίνεται Δημεάδης καὶ κατὰ συναίρεσιν Δημάδης· καὶ ὤφειλεν εἰς τὸ η γίνεσθαι ἡ κρᾶσις,*

Eodem modo in patronymicis, quae e thematis in *αιο* derivata sunt, *ι* elisum est: *Πειρα-ΐ-δης* Hom. *Δ* 228: *Πλαταιΐδας*[1]) Anth. XIII. 21: quod nonnunquam etiam in prosa oratione fit, ut in *Φιλαΐδαι* Steph. Byz. „*ἀπὸ Φιλαίου τοῦ Αἴαντος υἱοῦ*", et in *Ἐρξιδαΐδας* Thuc. 4, 119. 2. quod Lobeckius (paral. p. 229 adn. 10) recte ut mihi videtur ab *Ἐρξιδαίος* derivavit. Sed in *Ἀχαιίδης*, quod andronymicum in corp. insc. I, 1340, 42 legitur, *ι* servatum est. — Disceptarunt inter se antiqui grammatici, utrum *Πειραΐδης* per diaeresin an *Πειραίδης* per synaeresin scribendum sit (cf. Herodian. in schol. ad *Δ* 228). Nec tamen solum propter Herodiani auctoritatem, qui Aristarchum gravissimum auctorem sequi solebat, sed etiam ex analogia vocabulorum ut *Ἀχαΐδος Ἀθηναΐτης*, in quibus etiam *ι* amissum est, diaeresin statuendam esse censeo.

Ex *Ἀλκαιο* themate Pindarus usitata ratione *Ἀλκαΐδης* (i. e. Hercules) Ol. 6, 115 derivavit. Hesiodus autem, quem omnes posterioris aetatis poetae[2]) secuti sunt, *Ἀλκείδης* formam usurpavit (sc. 112), quae forma potius cum Eustathio (128, 37) ab *Ἀλκεί-ς* primitivo quam ab *Ἀλκαῖο-ς* derivanda est: in quo nihil offensionis inest. Nam sine dubio ex *Ἀλκαῖος* et *Ἀλκείδης* epithetis ipsis *Ἀλκαῖος* avus Herculis fictus est.

§. 33. In quibusdam patronymicis, quae e thematis impuris macroparalectis in *ο* derivata sunt, ut creticus vitetur, *ι* vocalis, quae *δα* suffixo antecedit, producta est.

ἀλλὰ διὰ τὸν χαρακτῆρα (*τῶν πατρωνυμικῶν*) *εἰς α ἐγένετο.*" — Sed potius cum Lobeckio (el. path. I. p. 254) statuendum esse videtur, *Δημάδης* jam ex *Δημᾶς* primitivo contracto propagatum esse.

1) In anth. l. l. legitur:

Μνασάλκεος τὸ σᾶμα τοῦ Πλαταιΐδα.

Πλαταια thema esse, apparet ex Strabone IX, 412: „*ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Σικυωνίᾳ δῆμος Πλαταιαί, ὅθεν περ ἦν Μνασάλκης ὁ ποιητής.*"

2) Saepissime latini poetae Herculem *πατρωνυμικῶς* *Alciden* aut *Amphitryoniaden* appellarunt, quod *Hercules* vocabulum quibusdam casibus in hexametrum non quadrat.

De qua productione Priscianus II, 7, 37, haec praebet: „*haec contra regulam paenultimas vocales producunt: Aeclīdes, Demādes per synaeresin pro Demeades, Codrīdes, Lycoorgīdes, Lagīdes, Belīdes.*“ De *Demādes* cf. §. 32.; unde *Aeclīdes*, quod Hertzius pro *Aeolides* vulgato restituit, et *Codrīdes* fluxerint, non liquet; nunc enim apud nullum poetam inveniuntur. Reliqua autem recte sese habent. *Λαγείδης* enim legitur apud Theocr. 17, 14, [1]) vel potius ibi restituendum est. Quam enim scripturam codices praebent

Λαγίδᾰς ὁ Πτολεμαῖος —

eam falsissimam esse apparet. Quare propter hunc ipsum Prisciani locum cum Geiero (de Ptolem. Lagi vita), quem Fritzschius aliique secuti sunt, *Λαγείδης* scribendum esse censeo per *ει* diphthongum, cui in latino sermone *ī* longa respondet.

Deinde *Lycoorgīdes* sive *Lycurgīdes* invenitur apud Ov. Ib. 501. — Saepius legitur *Belīdes* (Verg. Aen. 2, 82; Ov. her. 14, 73; Stat. Theb. 6, 291). — Denique accedunt, quae Priscianus non attulit, *Amyclī-des* Ov. met. 10, 162, cujus primitivum *Ἀμύκλα-ς* est (cf. Apoll. 3, 10, 3), et *Dryant-ī-des*, cujus primitivum *Δρύας Δρύαντ-ος* est (cfr. §. 28 adnot.).

Haec igitur patronymicorum formatio maxime apud latinos poetas, inprimis apud Ovidium invenitur. Ex quo concludere non licet a Graecis eam plane alienam fuisse. Nam praeter *Λαγείδης*, cui cum in codicibus non legatur nihil momenti tribuas, *Κυθνείδης* andronymicum exstat, cujus primitivum *Κύθνος* esse Choeroboscus (Cram. an. II, p. 201) testatur.

Jam quomodo *ει* diphthongus in his patronymicis explicanda sit, inquiramus. Ac mea quidem sententia haec ex falsa analogia eorum, quae e thematis in *ευ* derivata sunt, istuc inducta est. Tenendum enim memoria est, has formas illo demum tempore exstare, quo *ει* et *ι* eundem habebat sonum. Quare andronymica, quae e thematis in

---

1) Lobeckius (parall. p. 7) *Λᾱάγί-δης* scribendum esse conjecit. Meinekius scripsit *Λαγ-ιά-δης*, sed in adnotationibus *Λαγείδης* comprobavit.

ac patronymicorum ratione derivata sunt, nam ita rare per *ι* scripta sunt, ut *Βασιλίδης* C. I. 1271., *Προμηθίδας* Schol. ad Ap. Rh. 3 315., *Αἰακίδης* Anth. II. 13). Contra etiam dubitari poterat, an andronymica ut *Ἀριστεΐδης*, *Πατροκλεΐδης* ab *Ἄριστος*, *Πάτροκλος* derivanda essent. Itaque non mirum est, quod maxime a Romanis patronymicis *ει* diphthongus, cui in latina lingua *ι* longa respondet, falso tributa est, quin etiam Ovidius, qui omnium poetarum Romanorum patronymicis creberrime usus est, nonnulla quae ex aliis atque in *ο* thematis derivata sunt ut *Amycl īdes*, *Dryantīdes*, *Coronides* §. 16.), secundum hanc falsam analogiam fecit.

Jam de eorum patronymicorum formatione disserendum est, quorum primitiva, cum in vocalem desinunt, tribrachyn, cum in consonantem, pyrrhichium efficiunt. Tres autem omnino vias, ut paeonem quartum evitarent, poetas dactylicos iniisse videmus: aut primitivi paenultimam produxerunt, aut primitivi thema per *ιον*, aut per *ηιο* amplificarunt.

§. 34. Ac primam quidem viam semper fere inierunt, cum in primitivi antepaenultima *ι* vel *υ* est, quas vocales maxime *ι* quantitatem variare constat. Haec autem ejus formationis patronymica exstant:

Πρῑαμί-δης, quod saepissime apud Homerum legitur (cf. *Πριαμίδαις* Aesch. Choeph. 935, *Πριαμιδῶν* Eur. Hec. 13, Rhes. 167); *Φῡλακί-δης* *B* 705, *N* 698 (cf. *Φυλάκοιο* *o* 231); *Φιλυρί-δης* [1]) metronymicum, Hes. theog. 1002, cujus primitivum *Φιλύρα* est; *Τρῑοπί-δαι* Call. h. Cer. 32 (cf. §. 12); *Σικελίδης* [2]) Theocr. 7, 40, quod a *Σικελος* (cf. Ar.

---

1) Nonnulli (cf. Lobeck proleg. p. 204 adn. 9) *Φίλυρα* et *Φιλυρίδης*, quod ante Schneidewinum ap. Pind. Pyth. 3, 1 legebatur, ubique scribere voluerunt, quod *Φιλύρα* ex *Φιλλύρα* (!) vel *Φιλολύρα* concisum sit. Sed potius *Φιλύρα* nomen proprium nihil nisi tiliam significat.

2) Cfr. Choerob. in Crameri Anecdotis II. p. 256: „*Σικελίδης μακρὸν τὸ ῑ διὰ τὰς ἐπαλλήλους βραχείας ὥσπερ καὶ τὸ Πρῑαμίδης*."

vesp. 838, 897), Ἰταλί-δαι (_ ◡◡ _) Anth. IX, 344, quod ab Ἴταλο-ς (◡◡◡) derivatum est. Nec tamen solum ι produci sed etiam, cum metro flagitetur, corripi ex Ἐλευσῖνί-δης (Hom. h. in Cerer. 105) apparet, quod aut ab Ἐλευσῖνο aut (cf. E. M.) ab Ἐλευσῖν themate derivatum est.

In his duobus patronymicis, quae e thematis tribrachycis derivata sunt, ad formarum exemplum quales εἰλάτινος ex ἐλάτινος, ε in ει productum est: Εἰλαρί-δης [1]), cujus primitivum Ἐλάρα (cf. Schol. ad Ap. Rh. α 761) est, Hes. frg. 153. ed. Göttl. (E. M. p. 60, 40); Εἰλατί-δης Hes. frg. 125 Pind. Ol. 6, 55, Pyth. 3, 55, Ap. Rh. α 41 seq., cujus primitivum Ἔλατο-ς est.

§. 35. E quibusdam thematis in ο, quae in tribrachyn exeunt, praesertim cum dura quaedam vocalis (α, ο, ε) in antepaenultima est, patronymica in ῑονίδης derivantur, in quibus, quod saepissime fit, ο ultima thematis vocalis ante ι elisa est. Qua ratione haec patronymica formata sunt: Τᾰλᾰ-ῑονίδης Hom. Β 566, Ψ 678, Pind. Ol. 6, 24. Stat. Theb. 5, 18.; Ἰᾰπετ-ῑονίδης Hes. op. 54, th. Ap. Rh. γ 1086; Ov. met. 4, 632; Anth. Plan. 88; Ἐλᾰτ-ῑονίδης h. in Ap. Pyth. 32 (i. e. Ἴσχυς, quem Pindarus et Apollonius Rh. Εἰλατίδην appellarunt cf. §. 34). — Ad exemplum eorum Statius (Theb. 1, 313 seq.) ex Οἰδίποδ themate *Oedipod-ĭonides*, et Ovidius ex Σπερχειο themate antibacchio *Sperchīonides* (met. 5, 86) formavit.

Quae formatio quomodo explicanda [2]) sit, vix dubium

---

1) Vulgata scriptura est Εἰλαριάδης, quae cum nullo modo in hexametrum quadret, a Sturzio et Boeckhio, ut ex Gaisfordii annotatione elucet, in Εἰλαράδης mutata est, quae quidem forma non recte facta est; nam metronymica, quorum primitiva in α vel η desinunt, in ί-δης formantur (cf. §. 13). Quare Gaisfordius e D. V. P. codd. rectissime Εἰλαρί-δης scripsit.

2) De patronymicis ita formatis duae inter se diversae erant antiquorum grammaticorum sententiae; cf. Schol. ad Β 566: „Ταλαϊονίδης· ἀπὸ τοῦ Ταλαΐων ἐστὶν ἡ κλίσις ἢ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ονι“ et Eustath. p. 288, 19: „ἔοικε δὲ διώνυμος εἶναι ὁ Ταλαός, οὕτω τε κα-

esse potest. Ut enim in formis quales *Λαερτιάδης*, *Πηληιάδης* duo patronymicae notionis suffixa inter se conjuncta sunt (*ια* et *δα*, cf. §. 25), sic in his cum *δα* suffixo *ιων* sive *ῑον* conjunctum est, cujus suffixi ope patronymica ut *Κρονίων* (cf. §. 60.) facta sunt. Neque *ο* in *ιονίδης* offendere potest; eandem enim quantitatem correptam habes in *Κρονίονος* genetivo qui legitur Ξ 247, λ 620.

§. 36. Ut tribrachys vitetur, patronymica quaedam a poetis posterioris aetatis in *ηιάδης* formata sunt: *Πελοπηιάδαι* Pind. Nem. 8, 21, Theocr. 15, 142, quod a *Πελοπ* themate derivatum est (cfr. *Πελοπίδαι* Aesch. Eurip.); *Ephyrēiadae* Stat. Th. VI, 652 (Corinthii; ab *Ἐφύρα* urbe derivatum, cf. *Περγαμίδης* §. 14). Eodem modo a thematis antibacchiis facta sunt: *Εὐρωπ-ηιάδης* Maxim. 413, cujus primitivum *Εὐρώπη* est; *Ἡφαιστ-ηιάδης* Nonn. 13, 177; 37, 503. Quae patronymica, quin ex analogia patronymicorum in *ιαδης* formata sint, non dubium est. Ut enim in ista ante *δα* suffixum *ια* suffixum ejusdem vel similis notionis insertum est, sic in haec *ηιο*, quod suffixum quorundam sententia (cf. Bopp vergl. Grammat. §. 956) ab *ιο* suffixo non diversum [1]) est.

§. 37. In quibusdam patronymicis, quae e thematis in *ιο* derivata sunt, *ια* in *ι* metri necessitate contractum

---

λούμενος, ἐξ οὗ καὶ πατρωνυμικὸν ἔσται ὁ Ταλαΐδης, καὶ Ταλαΐων, ὅθεν ὁ Ταλαϊονίδης· εἰ δέ γε μὴ διωνυμεῖ, ἀλλὰ μοναχῶς λέγεται Ταλαός, πλεονασμὸν ἔπαθε δύο συλλαβῶν ὁ Ταλαϊονίδης ἀπὸ τοῦ Ταλαοῦ γεγονώς, ὡς καὶ οἱ παλαιοί φασιν."

1) Vix dubitarim, quin hoc non rectum sit. Quidni enim statuamus, in *χρύσειος*, quocum ionicas formas ut *πολεμήιος* compares, *χρυσε* primitivi thema esse, *ιο* suffixum? In ionica autem dialecto *ε* in *η* productum est, propter *j* elisum; nam praeter *χρυσεjος* *χρυσεjιος* facillime fieri poterat. Quare potius *Ἡφαιστη-ιά-δης* et *Εὐρωπη-ιάδης* dirimenda esse videntur. — In *Πελοπηιάδης* autem *η* aut analogiae thematorum in *ευ* debetur (cf. *Αἰθιοπῆας*, quod acc. pl. num. *Αἰθιοπ* thematis est, vide: Curtius, K. Z. IV, p. 212) aut, quod mihi quidem magis probatur, ex *Πελόπειος*, *Πελοπήιος* (Ap. Rh. α 758) repetendum est, in quo cum primitivi thema in *π* desinat, *ειος* sive *ηιος* terminatio ex *α* et *jα* suffixis composita esse videtur.

est. Ac primum quidem in poesi dactylica tribrachyn fugiendi causa haec formata sunt: *Ἐριχθονί-δαι* ep. in C. I. n. 411, Anth. app. 51, 40, quod Lobeckium path. I. p. 224 ab *Ἐρίχθων* primitivo, non ab *Ἐριχθόνιος* duxisse miror; nec enim usquam *Ἐρίχθων* nominativus legitur; *Κλυτί-δης* *Λ* 302, *ο* 540, quod Lobeckius proleg. p. 480 Hesychium secutus a *Κλύτο-ς* primitivo derivavit, sed ex *π* 327 apparere mihi videtur, Eustathio p. 1790, 53 assentiendum esse: „*Ἰστέον δὲ ὅτι τὸν ῥηθέντα Πείραιον υἱὸν ὄντα Κλυτίου Κλυτίδην λέγει κατὰ συγκοπήν.*"

Deinde in iambico poesis genere hoc unum tantum ejus contractionis exemplum exstat: *Ἀσκληπι-δῶν* Soph. Philoct. 1333. — Cum his formis concisis gentilia ut *Ἀγίδαι*, *Βακχίδαι* et andronymica ut *Ἐρυξίδας*, *Λεοντίδης* (cf. §. 16), quorum primitiva *Ἀγία-ς*, *Βακχία-ς*, *Ἐρυξία-ς*, *Λεόντιο-ς* sunt, comparari possunt, quanquam non liquet, utrum a primitivis jam concisis ut *Ἆγι-ς* etc. derivata sint, an in ipsis demum *ια* in *ι* contractum sit.

Denique hoc loco afferri potest *Τυνδαρίδης*, in quo, cum *Τυνδάρεο-ς* primitivum sit, *ε* ante *ι* et apud epicos (cf. h. hom. 17, 2, 5; 33, 2, 18) et apud lyricos (cf. Pind. [1]) Nem. 10, 38) et apud tragicos (cf. Eur. El. 1295) constanter elisum est.

§. 38. Jam restat, ut de iis patronymicis agamus, quae e thematis a primitivis quodammodo recedentibus derivata sunt. Atque de *Ἀλκείδης* quidem et *Aenīdes* jam supra (§. 32) disseruimus, nunc de *Λαμπετίδης*, quod *τὸν Λάμπου υἱόν* significat, verba faciemus. Legitur *Ο* 525:

1) In formatione eorum patronymicorum, quae jam in epicis carminibus exstabant, Pindarus ab iis non recessit, cf. *Ἀμφιτρυωνιάδας*, *Τελαμωνιάδας*, *Φιλυρίδας*, *Ταλαϊονίδας*, non ita tragici, apud quos leguntur: *Φερητίδης* Soph. frg. 345, *Χαλκωδοντίδαι* Eur. Jon. 59, *Πριαμίδαι*, *Πελοπίδαι*. Si vero epicorum exempla non exstabant, patronymica in creticum vel paeonem quartum Pindarus non fugit: *Τιμοδημίδαι* Nem. 2, 27, *Ἀφαρητίδαι* Nem. 10, 122, *Ἀδραστιδᾶν* Ol. 2, 80 etc.; *Ἐρατιδᾶν* Ol. 7, 172; *Ἀλεξιβιάδα* Pyth. 5, 60, quod est andronymicum.

Τόφρα δὲ τῷ ἐπόρουσε Δόλοψ αἰχμῆς εὖ εἰδὼς
Λαμπετίδης, ὃν Λάμπος ἐγείνατο.

Inquirendum igitur est, utrum *τι* suffixo, quod ex *το* ortum esse verisimillimum est, primitivi thema amplificatum sit, an *τι* (*το*) artissime, ut *ιο* suffixum in *Ἀγχισ-ιά-δης*, cum *δα* suffixo conjungendum sit. — Poetae autem graeci si metro obsequentes duo inter se conjunxerunt suffixa, ea ejusdem vel similis notionis esse vidimus, ut *ιο* et *κο*, *ιο* et *δα* (cf. §. 25). Sed in *το* suffixo non inest possessiva nedum patronymica vis: quare ut cum *δα* suffixo arte conjungam, mihi persuadere non possum. Duo igitur primitivi themata *Λαμπο* et *Λαμπετο* (quocum fem. *Λαμπιτώ* compares) accipienda esse censeo. In quo nihil offensionis inest: ut enim e radicibus ipsis per *α* suffixum vocabula derivantur, qualia *βίος* (*giv*), *Α-Fίδ-ης* (*vid*), sic ex *lamp* radice *Λάμπος* n. pr. Jam vero non solum *βίος* et *Ἀίδης* sed etiam quae similis notionis sunt formae *βί-ο-το-ς* et *ἀΐδ-ε-τος* (i. e. *ἀόρατος* Hesych.) inveniuntur, quae per *το* suffixum amplificata sunt: ex quorum analogia *Λαμπετο* thema ejusdem atque *Λαμπο* notionis statui potest, ex quo *λαμπετόωντι* forma (*Α* 104) quoque derivanda est. — Probari igitur quodam modo potest, quod in schol. ad *O* 526 dictum est: „*Λαμπετίδης, ὡς πάχος πάχετος πλεονασμῷ τοῦ ‘ε’· ἀφ’ οὗ τὸ Λαμπετίδης,*“ quanquam nec pleonasmum statuerim nec *πάχος πάχετος* exemplum probaverim (cf. Lobeck. ad Buttm. II. p. 403).

§. 39. Ut in *Λαμπετίδης* *το* suffixum additum est, sic in *Τευθραν-ίδης* *Z* 13, Nic. frg. 104 ed. Schneider, cujus primitivum *Τεύθρας* (*Τευθραντ*) *E* 705 legitur, *τ* ademptum esse videtur. Sed si rem accuratius inspexeris, aliter judicabis. Nam etiamsi concesserimus, in *Τευθρανίδης* metri necessitate *τ* ejectum esse, quid tamen de *Τευθρανία* statuamus? Num in hac quoque forma, quae a prosae orationis scriptoribus adhiberi solet, *τ* ejectum esse verisimile est? Potius primum *Τευθραν* thema statuendum esse censeo, ex quo *Τευθραν-ία* et *Τευθραν-ίδης*, cujus

primitivum *Τεύθραν-ος* fuisse videtur; deinde adjecta *τ* littera, quae fortasse ex *το* concisa est, *Τευθραν-τ* thema ortum esse. Atque item de formis ut *λεον-τ* et *λέαινα*, ut *σημαν-τ* et *σημαίνω* judicandum esse Curtius (K. Z. IV. p. 214) conjecit. Itaque etiam participii praesentis *an-t* suffixum nihil aliud esse videtur, nisi *an* suffixum, quod per *t* sive *ta* amplificatum sit.

Huc spectat quodammodo *Κρεῶνδαι* Theocr. 16, 39, cujus primitivum *Κρέων Κρέοντ-ος* est: quod quidem non tam a *Κρεων* themate derivatum, quam ex recti casus falsa analogia Boeotorum ratione ad exemplum andronymicorum ut *Ἁβρών-δας* formatum est (cf. §. 21).

§. 40. Bina primitivorum themata his patronymicis adjudicanda esse videntur: *Ἀνθεμίδης* *Δ* 488 (cf. 473), *Δευκαλίδης* *M* 117, *N* 307, *P* 608, Ap. Rh. *δ* 266; *Ἠετίδης* orac. ap. Herod. 5, 92, 5, quibus filii *Ἀνθεμίωνος*, *Δευκαλίωνος*, *Ἠετίωνος* significantur. Nam haec ex *Ἀνθεμιωνίδης* etc. concisa esse ut antiquis quibusdam grammaticis videbatur (cf. Bekk. anecd. p. 849; Cram. anecd. p. 347, 3; Gregor. Corinth. p. 460; E. M. p. 109, 8; Eustath. p. 933, 52), nostra aetate nemo sibi persuadebit. Itaque omnes fere docti homines, inter quos inprimis Lobeckius (path. I. p. 393), scholium ad *N* 307 (*Δευκαλίδης· ἀπὸ τοῦ Δεύκαλος*) secuti patronymica e brevioribus thematis *Ἄνθεμος*, *Δεύκαλος*, *Ἤετος* repetierunt. Quanquam enim longiores tantum formae servatae sunt, quidni tamen cum et *Ζεύς* et *Ζῆν* (i. e. *Δjεύ-ς* et *ΔιF-ᾶν*) poetae homerici usurparint et *Δεύκαλος* et *Δευκαλίων* exstiterint? Accedit, quod nominibus in *ιων* hypocoristica quaedam vis ab antiquis grammaticis tribuitur (cf. Eustath. p. 518, 25). Quare qui mos nostratium erat media aetate, uni eidemque homini et nomen primitivum et quod ex eo derivatum erat deminutivum imponere, ut *Heinrich* et *Hezilo*, quodam modo comparari potest. — E brevioribus autem thematis haec patronymica ob eam causam ducta esse videntur, quod poetae homerici a formis quales *Δευκαλιωνιάδης* — nam e longioribus the-

multa aliter formari non poterant — propter gravitatem et longitudinem quantum poterant sese abstinebant. Nam in Iliadis quindecim millibus circiter versuum quinque tantum huius (Χαλκωδοντιάδης Β 541, Δ 464; Λαομεδοντιάδης Γ 250, Ο 527; Μηκιστηϊάδης Ζ 28) patronymica ejus mensurae leguntur, cum apud Hesiodum in MMCCCXXX versibus patronymica ejusdem mensurae decies inveniantur.

Ad horum patronymicorum exemplum romani poetae a longiore themate *Scipiades* fecerunt quasi ab *Scipio* (Lucil. ap. Gell. IV. 17, 1; Lucr. 3, 1032; Horat. Verg. Propert.).

§ 11. Ex alia quam usitatis primitivorum thematis haec quoque patronymica derivata sunt: [illegible]

[illegible]

ἔληγεν ὡς *Μίνως*, *Μίνω Μινῴδης*· ἥρως ἥρω ἡρῴδης.“ — Recte comparavit Orus *Μίνως* et ἥρως; nam sine dubio *Εὐρυπῴδης*, quod quis usurpaverit nescimus, ex *Εὐρύπως* nominativo repetendum est; *Εὐρύπως* autem et *Εὐρυπῶν*, quae est usitata forma, ex *pa* radice (cf. Curtius Grundz. n. 377), quanquam diversis suffixis, ducta sunt. In *Εὐρυπῶν* (ῶντος) enim *vant* suffixum inesse videtur, sed in *Εὐρύπως va* suffixum ex quo *nt* adjectis *vant* amplificatum est (cf. Schleicher comp. §. 218 p. 399). Jam ex *Εὐρί-πο-Fο-ς* eodem modo *Εὐρύπω-ς* quo ex πάτρο-Fος πάτρω-ς prodiit (cf. §. 23).

Jure quodam Orus grammaticus *Λέως* comparavit, qui τῆς *Λεώνιδος* vel potius *Λεοντίδος* φυλῆς heros eponymus est. Sed cum sine dubio τῆς *Λεοντίδος* φυλῆς nomen prius quam herois eponymi exstitit, *Λέως* (i. e. populus), nomen ejus, e studio quodam etymologico, quod Foerstemannus *„volksetymologie“* rectissime dixit, fictum esse videtur.

Eodem modo in patronymicis, quae e thematis in αιο derivata sunt, ι elisum est: Πειρα-ΐ-δης Hom. Δ 228; Πλαταΐδας[1]) Anth. XIII, 21; quod nonnunquam etiam in prosa oratione fit, ut in Φιλαΐδαι Steph. Byz. „ἀπὸ Φιλαίου τοῦ Αἴαντος υἱοῦ", et in Ἐρυξιδαΐδας Thuc. 4, 119, 2, quod Lobeckius (paral. p. 229 adn. 10) recte ut mihi videtur ab Ἐρυξίδαιος derivavit. Sed in Δικαιίδης, quod andronymicum in corp. insc. I, 1340, 42 legitur, ι servatum est. — Disceptarunt inter se antiqui grammatici, utrum Πειραΐδης per diaeresin an Πειραίδης per synaeresin scribendum sit (cf. Herodian. in schol. ad Δ 228). Nec tamen solum propter Herodiani auctoritatem, qui Aristarchum gravissimum auctorem sequi solebat, sed etiam ex analogia vocabulorum ut Ἀχαΐδος Ἀθηναΐτης, in quibus etiam ι amissum est, diaeresin statuendam esse censeo.

Ex Ἀλκαιο themate Pindarus usitata ratione Ἀλκαΐδης (i. e. Hercules) Ol. 6, 115 derivavit. Hesiodus autem, quem omnes posterioris aetatis poetae[2]) secuti sunt, Ἀλκείδης formam usurpavit (sc. 112.), quae forma potius cum Eustathio (128, 37) ab Ἀλκεύ-ς primitivo quam ab Ἀλκαῖο-ς derivanda est; in quo nihil offensionis inest. Nam sine dubio ex Ἀλκαῖος et Ἀλκείδης epithetis ipsis Ἀλκαῖος avus Herculis fictus est.

§. 33. In quibusdam patronymicis, quae e thematis impuris macroparalectis in ο derivata sunt, ut creticus vitetur, ι vocalis, quae δα suffixo antecedit, producta est.

ἀλλὰ διὰ τὸν χαρακτῆρα (τῶν πατρωνυμικῶν) εἰς α ἐγένετο." — Sed potius cum Lobeckio (el. path. I. p. 254) statuendum esse videtur, Δημάδης jam ex Δημᾶς primitivo contracto propagatum esse.

1) In anth. l. l. legitur:

Μνασάλκεος τὸ σᾶμα τῶ Πλαταΐδα.

Πλαταια thema esse, apparet ex Strabone IX, 412: „ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Σικυωνίᾳ δῆμος Πλαταιαί, ὅθεν περ ἦν Μνασάλκης ὁ ποιητής."

2) Saepissime latini poetae Herculem πατρωνυμικῶς *Alciden* aut *Amphitryoniaden* appellarunt, quod *Hercules* vocabulum quibusdam casibus in hexametrum non quadrat.

De qua productione Priscianus II, 7, 37, haec praebet: „*haec contra regulam paenultimas vocales producunt*: *Aeclīdes*, *Demādes per synaeresin pro Demeades*, *Codrīdes*, *Lycoorgīdes*, *Lagīdes*, *Belīdes*." De *Demādes* cf. §. 32.; unde *Aeclīdes*, quod Hertzius pro *Aeolides* vulgato restituit, et *Codrīdes* fluxerint, non liquet; nunc enim apud nullum poetam inveniuntur. Reliqua autem recte sese habent. *Λαγείδης* enim legitur apud Theocr. 17, 14, [1]) vel potius ibi restituendum est. Quam enim scripturam codices praebent

Λαγίδᾰς ὁ Πτολεμαῖος —

eam falsissimam esse apparet. Quare propter hunc ipsum Prisciani locum cum Geiero (de Ptolem. Lagi vita), quem Fritzschius aliique secuti sunt, *Λαγείδης* scribendum esse censeo per *ει* diphthongum, cui in latino sermone *ī* longa respondet.

Deinde *Lycoorgīdes* sive *Lycurgīdes* invenitur apud Ov. Ib. 501. — Saepius legitur *Belīdes* (Verg. Aen. 2, 82; Ov. her. 14, 73; Stat. Theb. 6, 291). — Denique accedunt, quae Priscianus non attulit, *Amyclī-des* Ov. met. 10, 162, cujus primitivum *Ἀμύκλα-ς* est (cf. Apoll. 3, 10, 3), et *Dryant-ī-des*, cujus primitivum *Δρύας Δρύαντ-ος* est (cfr. §. 28 adnot.).

Haec igitur patronymicorum formatio maxime apud latinos poetas, inprimis apud Ovidium invenitur. Ex quo concludere non licet a Graecis eam plane alienam fuisse. Nam praeter *Λαγείδης*, cui cum in codicibus non legatur nihil momenti tribuas, *Κυθνείδης* andronymicum exstat, cujus primitivum *Κύθνος* esse Choeroboscus (Cram. an. II, p. 201) testatur.

Jam quomodo *ει* diphthongus in his patronymicis explicanda sit, inquiramus. Ac mea quidem sententia haec ex falsa analogia eorum, quae e thematis in *ευ* derivata sunt, istuc inducta est. Tenendum enim memoria est, has formas illo demum tempore exstare, quo *ει* et *ι* eundem habebat sonum. Quare andronymica, quae e thematis in

---

1) Lobeckius (parall. p. 7) *Λᾱᾰγί-δης* scribendum esse conjecit. Meinekius scripsit *Λαγ-ιά-δης*, sed in adnotationibus *Λαγείδης* comprobavit.

ευ patronymicorum ratione derivata sunt, haud ita raro per *ι* scripta sunt, ut *Βασιλίδης* (C. I. 1271), *Προμηθίδας* (Schol. ad Ap. Rh. *β* 815), *Ἀλκίδης* (Anth. II, 13). Contra etiam dubitari poterat, an andronymica ut *Ἀριστείδης*, *Πατροκλείδης* ab *Ἄριστος*, *Πάτροκλος* derivanda essent. Itaque non mirum est, quod maxime a Romanis patronymicis *ει* diphthongus, cui in latina lingua *i* longa respondet, falso tributa est, quin etiam Ovidius, qui omnium poetarum Romanorum patronymicis creberrime usus est, nonnulla quae ex aliis atque in *o* thematis derivata sunt ut *Amyclīdes*, *Dryantīdes*, *Coronīdes* (§. 16.), secundum hanc falsam analogiam fecit.

Jam de eorum patronymicorum formatione disserendum est, quorum p r i m i t i v a, c u m i n v o c a l e m d e s i n u n t, t r i b r a c h y n, c u m i n c o n s o n a n t e m, p y r r h i c h i u m e f f i c i u n t. Tres autem omnino vias, ut paeonem quartum evitarent, poetas dactylicos iniisse videmus: aut primitivi paenultimam produxerunt, aut primitivi thema per *ιον*, aut per *ηιο* amplificarunt.

§. 34. Ac primam quidem viam semper fere inierunt, cum in primitivi antepaenultima *ι* vel *υ* est, quas vocales maxime *ι* quantitatem variare constat. Haec autem ejus formationis patronymica exstant:

Π ρ ῑ α μ ί - δ η ς, quod saepissime apud Homerum legitur (cf. *Πρῑαμίδαις* Aesch. Choeph. 935, *Πρῑαμιδῶν* Eur. Hec. 13, Rhes. 167); *Φῡλακί-δης* *B* 705, *N* 698 (cf. *Φῠλάκοιο* *ο* 231); *Φῑλυρί-δης* [1]) metronymicum, Hes. theog. 1002. cujus primitivum *Φῑλύρα* est; *Τρῑοπί-δαι* Call. h. Cer. 32. (cf. §. 12); *Σῑκελίδης* [2]) Theocr. 7, 40, quod a *Σῐκελος* (cf. Ar.

1) Nonnulli (cf. Lobeck. proleg. p. 204 adn. 9) *Φίλλυρα* et *Φιλλυρίδης*, quod ante Schneidewinum ap. Pind. Pyth. 3, 1 legebatur, ubique scribere voluerunt, quod *Φιλύρα* ex *Φιλιλύρα* (!) vel *Φιλολύρα* concisum sit. Sed potius *Φιλύρα* nomen proprium nihil nisi tiliam significat.

2) Cfr. Choerob. in Crameri Anecdotis II, p. 256: „*Σῑκελίδης μακρὸν τὸ ῑ διὰ τὰς ἐπαλλήλους βραχείας ὥσπερ καὶ τὸ Πρῑαμίδης.*“

vesp. 838, 897), Ἰταλί-δαι (_ ᴗᴗ _) Anth. IX, 344, quod ab Ἴταλο-ς (ᴗᴗᴗ) derivatum est. Nec tamen solum ι produci sed etiam, cum metro flagitetur, corripi ex Ἐλευσινί-δης (Hom. h. in Cerer. 105) apparet, quod aut ab Ἐλευσῖνο aut (cf. E. M.) ab Ἐλευσῖν themate derivatum est.

In his duobus patronymicis, quae e thematis tribrachycis derivata sunt, ad formarum exemplum quales εἰλάτινος ex ἐλάτινος, ε in ει productum est: Εἰλαρί-δης [1]), cujus primitivum Ἐλάρα (cf. Schol. ad Ap. Rh. α 761) est, Hes. frg. 153. ed. Göttl. (E. M. p. 60, 40); Εἰλατί-δης Hes. frg. 125 Pind. Ol. 6, 55, Pyth. 3, 55, Ap. Rh. α 41 seq., cujus primitivum Ἔλατο-ς est.

§. 35. E quibusdam thematis in ο, quae in tribrachyn exeunt, praesertim cum dura quaedam vocalis (α, ο, ε) in antepaenultima est, patronymica in ῑονίδης derivantur, in quibus, quod saepissime fit, ο ultima thematis vocalis ante ι elisa est. Qua ratione haec patronymica formata sunt: Τᾰλᾰ-ῑονίδης Hom. Β 566, Ψ 678, Pind. Ol. 6, 24. Stat. Theb. 5, 18.; Ἰᾰπετ-ῑονίδης Hes. op. 54, th. Ap. Rh. γ 1086; Ov. met. 4, 632; Anth. Plan. 88; Ἐλᾰτ-ῑονίδης h. in Ap. Pyth. 32 (i. e. Ἴσχυς, quem Pindarus et Apollonius Rh. Εἰλατίδην appellarunt cf. §. 34). — Ad exemplum eorum Statius (Theb. 1, 313 seq.) ex Οἰδίποδ themate *Oedipod-īonides*, et Ovidius ex Σπερχειο themate antibacchio *Sperchīonides* (met. 5, 86) formavit.

Quae formatio quomodo explicanda [2]) sit, vix dubium

---

1) Vulgata scriptura est Εἰλαριάδης, quae cum nullo modo in hexametrum quadret, a Sturzio et Boeckhio, ut ex Gaisfordii annotatione elucet, in Εἰλαράδης mutata est, quae quidem forma non recte facta est; nam metronymica, quorum primitiva in α vel η desinunt, in ί-δης formantur (cf. §. 13). Quare Gaisfordius e D. V. P. codd. rectissime Εἰλαρί-δης scripsit.

2) De patronymicis ita formatis duae inter se diversae erant antiquorum grammaticorum sententiae; cf. Schol. ad Β 566: „Ταλαϊονίδης· ἀπὸ τοῦ Ταλαΐων ἐστὶν ἡ κλίσις ἢ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ονι" et Eustath. p. 288, 19: „ἔοικε δὲ διώνυμος εἶναι ὁ Ταλαός, οὕτω τε κα-

esse potest. Ut enim in formis quales *Λαερτιάδης*, *Πηληιάδης* duo patronymicae notionis suffixa inter se conjuncta sunt (*ια* et *δα*, cf. §. 25), sic in his cum *δα* suffixo *ιων* sive *ῑον* conjunctum est, cujus suffixi ope patronymica ut *Κρονίων* (cf. §. 60.) facta sunt. Neque o in *ιονίδης* offendere potest; eandem enim quantitatem correptam habes in *Κρονίονος* genetivo qui legitur Ξ 247, λ 620.

§. 36. Ut tribrachys vitetur, patronymica quaedam a poetis posterioris aetatis in *ηιάδης* formata sunt: *Πελοπηιάδαι* Pind. Nem. 8, 21, Theocr. 15, 152, quod a *Πελοπ* themate derivatum est (cfr. *Πελοπίδαι* Aesch. Eurip.); *Ephyrēiadae* Stat. Th. VI, 652 (Corinthii; ab *Ἐφύρα* urbe derivatum, cf. *Περγαμίδης* §. 14). Eodem modo a thematis antibacchiis facta sunt: *Εὐρωπ-ηιάδης* Maxim. 413, cujus primitivum *Εὐρώπη* est; *Ἡφαιστ-ηιάδης* Nonn. 13, 177; 37, 503. Quae patronymica, quin ex analogia patronymicorum in *ιαδης* formata sint, non dubium est. Ut enim in ista ante *δα* suffixum *ια* suffixum ejusdem vel similis notionis insertum est, sic in haec *ηιο*, quod suffixum quorundam sententia (cf. Bopp vergl. Grammat. §. 956) ab *ιο* suffixo non diversum [1]) est.

§. 37. In quibusdam patronymicis, quae e thematis in *ιο* derivata sunt, *ια* in *ι* metri necessitate contractum

---

λούμενος, ἐξ οὗ καὶ πατρωνυμικὸν ἔσται ὁ Ταλαΐδης, καὶ Ταλαΐων, ὅθεν ὁ Ταλαϊονίδης· εἰ δέ γε μὴ διωνυμεῖ, ἀλλὰ μοναχῶς λέγεται Ταλαός, πλεονασμὸν ἔπαθε δύο συλλαβῶν ὁ Ταλαϊονίδης ἀπὸ τοῦ Ταλαοῦ γεγονώς, ὡς καὶ οἱ παλαιοί φασιν."

1) Vix dubitarim, quin hoc non rectum sit. Quidni enim statuamus, in *χρύσειος*, quocum ionicas formas ut *πολεμήιος* compares, *χρυσε* primitivi thema esse, *ιο* suffixum? In ionica autem dialecto *ε* in *η* productum est, propter *j* elisum; nam praeter *χρυσεjος χρυσεjιος* facillime fieri poterat. Quare potius *Ἡφαιστη-ιά-δης* et *Εὐρωπη-ιάδης* dirimenda esse videntur. — In *Πελοπηιάδης* autem *η* aut analogiae thematorum in *ευ* debetur (cf. *Αἰθιοπῆας*, quod acc. pl. num. *Αἰθιοπ* thematis est, vide: Curtius, K. Z. IV, p. 212) aut, quod mihi quidem magis probatur, ex *Πελόπειος*, *Πελοπήιος* (Ap. Rh. α 758) repetendum est, in quo cum primitivi thema in *π* desinat, *ειος* sive *ηιος* terminatio ex *α* et *jα* suffixis composita esse videtur.

est. Ac primum quidem in poesi dactylica tribrachyn fugiendi causa haec formata sunt: *Ἐριχθονί-δαι* ep. in C. I. n. 411, Anth. app. 51, 40, quod Lobeckium path. I. p. 224 ab *Ἐρίχθων* primitivo, non ab *Ἐριχθόνιος* duxisse miror; nec enim usquam *Ἐρίχθων* nominativus legitur; *Κλυτί-δης* *Λ* 302, *ο* 540, quod Lobeckius proleg. p. 480 Hesychium secutus a *Κλύτο-ς* primitivo derivavit, sed ex *π* 327 apparere mihi videtur, Eustathio p. 1790, 53 assentiendum esse: „*Ἰστέον δὲ ὅτι τὸν ῥηθέντα Πείραιον υἱὸν ὄντα Κλυτίου Κλυτίδην λέγει κατὰ συγκοπήν.*“

Deinde in iambico poesis genere hoc unum tantum ejus contractionis exemplum exstat: *Ἀσκληπι-δῶν* Soph. Philoct. 1333. — Cum his formis concisis gentilia ut *Ἀγίδαι*, *Βακχίδαι* et andronymica ut *Ἐρυξίδας*, *Λεοντίδης* (cf. §. 16), quorum primitiva *Ἀγία-ς*, *Βακχία-ς*, *Ἐρυξία-ς*, *Λεόντιο-ς* sunt, comparari possunt, quanquam non liquet, utrum a primitivis jam concisis ut *Ἆγι-ς* etc. derivata sint, an in ipsis demum *ια* in *ι* contractum sit.

Denique hoc loco afferri potest *Τυνδαρίδης*, in quo, cum *Τυνδάρεο-ς* primitivum sit, *ε* ante *ι* et apud epicos (cf. h. hom. 17, 2, 5; 33, 2, 18) et apud lyricos (cf. Pind. [1]) Nem. 10, 38) et apud tragicos (cf. Eur. El. 1295) constanter elisum est.

§. 38. Jam restat, ut de iis patronymicis agamus, quae e thematis a primitivis quodammodo recedentibus derivata sunt. Atque de *Ἀλκείδης* quidem et *Aenīdes* jam supra (§. 32) disseruimus, nunc de *Λαμπετίδης*, quod *τὸν Λάμπου υἱόν* significat, verba faciemus. Legitur *O* 525:

---

1) In formatione eorum patronymicorum, quae jam in epicis carminibus exstabant, Pindarus ab iis non recessit, cf. *Ἀμφιτρυωνιάδας*, *Τελαμωνιάδας*, *Φῑλυρίδας*, *Ταλαϊονίδας*, non ita tragici, apud quos leguntur: *Φερητίδης* Soph. frg. 345, *Χαλκωδοντίδαι* Eur. Jon. 59, *Πρῐαμίδαι*, *Πελοπίδαι*. Si vero epicorum exempla non exstabant, patronymica in creticum vel paeonem quartum Pindarus non fugit: *Τιμοδημίδαι* Nem. 2, 27, *Ἀφαρητίδαι* Nem. 10, 122, *Ἀδραστιδᾶν* Ol. 2, 80 etc.; *Ἐρατιδᾶν* Ol. 7, 172; *Ἀλεξῐβῐάδα* Pyth. 5, 60, quod est andronymicum.

Τόφρα δὲ τῷ ἐπόρουσε Δόλοψ αἰχμῆς ἐῢ εἰδώς
Λαμπετίδης, ὃν Λάμπος ἐγείνατο.

Inquirendum igitur est, utrum τι suffixo, quod ex το ortum esse verisimillimum est, primitivi thema amplificatum sit, an τι το artissime, ut ιο suffixum in *Ἀγχισ-ιά-δης*, cum δα suffixo conjungendum sit. — Poetae autem graeci si metro obsequentes duo inter se conjunxerunt suffixa, ea ejusdem vel similis notionis esse vidimus, ut ιο et κο, ιο et δα (cf. §. 25). Sed in το suffixo non inest possessiva nedum patronymica vis: quare ut cum δα suffixo arte conjungam, mihi persuadere non possum. Duo igitur primitivi themata Λαμπο et Λαμπετο (quocum fem. *Λαμπετώ* compares) accipienda esse censeo. In quo nihil offensionis inest: ut enim e radicibus ipsis per α suffixum vocabula derivantur, qualia *βίος* (*giv*), *Ἀ-Fίδ-ης* (*vid*), sic ex *lamp* radice *Λάμπος* n. pr. Jam vero non solum *βίος* et *Ἀίδης* sed etiam quae similis notionis sunt formae *βί-ο-το-ς* et *ἀ-ϊδ-ε-το-ς* (i. e. *ἀόρατος* Hesych.) inveniuntur, quae per το suffixum amplificata sunt: ex quorum analogia Λαμπετο thema ejusdem atque Λαμπο notionis statui potest, ex quo *λαμπετόωντι* forma (*A* 104) quoque derivanda est. — Probari igitur quodam modo potest, quod in schol. ad *O* 526 dictum est: „*Λαμπετίδης, ὡς πάχος πάχετος πλεονασμῷ τοῦ ‘ε’· ἀφ᾽ οὗ τὸ Λαμπετίδης,*“ quanquam nec pleonasmum statuerim nec *πάχος πάχετος* exemplum probaverim (cf. Lobeck. ad Buttm. II. p. 403).

§. 39. Ut in *Λαμπετίδης* το suffixum additum est, sic in *Τευθραν-ίδης* *Z* 13, Nic. frg. 104 ed. Schneider, cujus primitivum *Τεύθρας* (*Τευθραντ*) *E* 705 legitur, τ ademptum esse videtur. Sed si rem accuratius inspexeris, aliter judicabis. Nam etiamsi concesserimus, in *Τευθρανίδης* metri necessitate τ ejectum esse, quid tamen de *Τευθρανία* statuamus? Num in hac quoque forma, quae a prosae orationis scriptoribus adhiberi solet, τ ejectum esse verisimile est? Potius primum *Τευθραν* thema statuendum esse censeo, ex quo *Τευθραν-ία* et *Τευθραν-ίδης*, cujus

primitivum *Τεύθραν-ος* fuisse videtur; deinde adjecta *τ* littera, quae fortasse ex *το* concisa est, *Τευθραν-τ* thema ortum esse. Atque item de formis ut *λεον-τ* et *λέαινα*, ut *σημαν-τ* et *σημαίνω* judicandum esse Curtius (K. Z. IV. p. 214) conjecit. Itaque etiam participii praesentis *an-t* suffixum nihil aliud esse videtur, nisi *an* suffixum, quod per *t* sive *ta* amplificatum sit.

Huc spectat quodammodo *Κρεῶνδαι* Theocr. 16, 39, cujus primitivum *Κρέων Κρέοντ-ος* est: quod quidem non tam a *Κρεων* themate derivatum, quam ex recti casus falsa analogia Boeotorum ratione ad exemplum andronymicorum ut *῾Αβρών-δας* formatum est (cf. §. 21).

§. 40. Bina primitivorum themata his patronymicis adjudicanda esse videntur: *᾿Ανθεμίδης* *Δ* 488 (cf. 473), *Δευκαλίδης* *M* 117, *N* 307, *P* 608, Ap. Rh. *δ* 266; *᾿Ηετίδης* orac. ap. Herod. 5, 92, 5, quibus filii *᾿Ανθεμίωνος*, *Δευκαλίωνος*, *᾿Ηετίωνος* significantur. Nam haec ex *᾿Ανθεμιωνίδης* etc. concisa esse ut antiquis quibusdam grammaticis videbatur (cf. Bekk. anecd. p. 849; Cram. anecd. p. 347, 3; Gregor. Corinth. p. 460; E. M. p. 109, 8; Eustath. p. 933, 52), nostra aetate nemo sibi persuadebit. Itaque omnes fere docti homines, inter quos inprimis Lobeckius (path. I. p. 393), scholium ad *N* 307 (*Δευκαλίδης· ἀπὸ τοῦ Δεύκαλος*) secuti patronymica e brevioribus thematis *῎Ανθεμος*, *Δεύκαλος*, *῎Ηετος* repetierunt. Quanquam enim longiores tantum formae servatae sunt, quidni tamen cum et *Ζεύς* et *Ζῆν* (i. e. *Δjεύ-ς* et *ΔίϜ-ᾶν*) poetae homerici usurparint et *Δεύκαλος* et *Δευκαλίων* exstiterint? Accedit, quod nominibus in *ιων* hypocoristica quaedam vis ab antiquis grammaticis tribuitur (cf. Eustath. p. 518, 25). Quare qui mos nostratium erat media aetate, uni eidemque homini et nomen primitivum et quod ex eo derivatum erat deminutivum imponere, ut *Heinrich* et *Hezilo*, quodam modo comparari potest. — E brevioribus autem thematis haec patronymica ob eam causam ducta esse videntur, quod poetae homerici a formis quales *Δευκαλιωνιάδης* — nam e longioribus the-

matis aliter formari non poterant — propter gravitatem et longitudinem quantum poterant sese abstinebant. Nam in Iliadis quindecim milibus circiter versuum quinque tantum locis (*Χαλκωδοντιάδης* *B* 541, *Δ* 464; *Λαομεδοντιάδης* *Γ* 250, *Ο* 527; *Μηκιστηιάδης* *Ζ* 28) patronymica ejus mensurae leguntur, cum apud Hesiodum in MMCCCXXX versibus patronymica ejusdem mensurae decies inveniantur.

Ad horum patronymicorum exemplum romani poetae a *Scipion* themate *Scipia-des* fecerunt quasi ab *Scipio* (Lucil. ap. Gell. IV, 17, 1; Lucr. 3, 1032; Horat. Verg. Propert.).

§. 41. Ex aliis quam usitatis primitivorum thematis haec quoque patronymica derivata sunt: *Ἀρητ-ιάδης* (i. e. *Κύκνος ὁ Ἄρεος* Hes. sc. 57, aut *Ἀγαμέμνων ὁ Ἄρεος ἔκγονος* Dion. Per. 685; cf. Eustath. adv. 680), at *Ἀφαρητ-ί-δαι* Pind. Nem. 10, 121 (i. e. *οἱ Ἀφαρέως υἱοί*, quos Ap. Rh. *α* 151 propter dactylicum metrum *Ἀφαρητ-ιά-δαι* appellavit). Sed cum *Ἄρητος* genetivus ab Herodiano (ap. Eust. 518, 23: „*Ἡρωδιανὸς οὖν φησὶν ὅτι πλείοσι κλίσεσιν ὁ Ἄρης κέχρηται· καὶ γὰρ καὶ ὡς ἰαμβικὸν μὴ ἔχον ἐπ' εὐθείας τὸ 'τ' περιττοσύλλαβον ἔχει τὴν γενικὴν Ἄρης Ἄρητος, ὅθεν Ἀρητιάδης παρ' Ἡσιόδῳ πατρωνυμικὸν καὶ Ἀρητίων ὑποκοριστικόν*“) laudetur, et *Ἀφάρητ-ος* genetivus apud Dositheum in Plut. parall. 40 inveniatur, dubium esse non potest, quin illis patronymicis *Ἀρητ* et *Ἀφαρητ* themata substituenda sint.

§. 42. Maxime memorabilis forma est *Εὐρυπῴδης*, de quo *E. M.*: *Ἔστιν Εὐρύπων Εὐρύποντος* [1]) *Εὐρυποντίδης· καὶ κατὰ συγκοπὴν Εὐρυποΐδης· καὶ κατὰ συναίρεσιν τοῦ 'ο' καὶ 'ι', καὶ ἐκτάσει πάλιν τοῦ 'ο' εἰς 'ω' Εὐρυπῴδης.* - - - *Λέγει δὲ ὁ Ὦρος, ὅτι εἰσί τινα δύο ἀντιπεπονθότως ἔχοντα. Ἔστι γὰρ Λέως καὶ Εὐρύπων· καὶ τὸ μὲν Λέως εἰς 'σ' λῆγον ἐποίησε τὸ Λεῶνις φυλή, ὡς ἵνα εἰς 'ων' ἔληγεν ὥσπερ Θέων Θεῶνις. Τὸ δὲ Εὐρύπων ὤφειλεν εἶναι Εὐρυποντίδης ὥσπερ Λέων Λεοντίδης· καὶ ἐγένετο Εὐρυπῴδης ὡς ἵνα εἰς 'ως'*

1) Lege *Εὐρυπῶντος, Εὐρυπωντίδης.*

ἔληγεν ὡς Μίνως, Μίνω Μινῴδης· ἥρως ἥρω ἡρῴδης." — Recte comparavit Orus *Μίνως* et *ἥρως*; nam sine dubio *Εὐρυπῴδης*, quod quis usurpaverit nescimus, ex *Εὐρύπως* nominativo repetendum est; *Εὐρύπως* autem et *Εὐρυπῶν*, quae est usitata forma, ex *pa* radice (cf. Curtius Grundz. n. 377), quanquam diversis suffixis, ducta sunt. In *Εὐρυπῶν* (*ῶντος*) enim *vant* suffixum inesse videtur, sed in *Εὐρύπως* *va* suffixum ex quo *nt* adjectis *vant* amplificatum est (cf. Schleicher comp. §. 218 p. 399). Jam ex *Εὐρύ-πο-Ϝο-ς* eodem modo *Εὐρύπω-ς* quo ex *πάτρο-Ϝος* *πάτρω-ς* prodiit (cf. §. 23).

Jure quodam Orus grammaticus *Λέως* comparavit, qui *τῆς Λεώνιδος* vel potius *Λεοντίδος φυλῆς* heros eponymus est. Sed cum sine dubio *τῆς Λεοντίδος φυλῆς* nomen prius quam herois eponymi exstitit, *Λέως* (i. e. populus), nomen ejus, e studio quodam etymologico, quod Foerstemannus „*volksetymologie*" rectissime dixit, fictum esse videtur.

CAPUT II.

DE PATRONYMICORUM FEMININORUM IN ιδ et ιαδ FORMATIONE AGITUR.

§. 43. Patronymica feminina, quorum themata in ιδ vel ιαδ desinunt, ei adjectivorum generi, quod Graeci κτητικά appellare solebant, adnumeranda esse jam ante (§. 2) demonstratum est. Formatio autem et origo eorum aliter ab aliis doctis hominibus explicata est: quam formationem antiqui quidam grammatici, inter quos Apollonius Sophista, sibi finxissent, supra (§. 2) commemoravimus; alias explicandi vias nostra aetate Budenz (*das suffix* κός etc.) et Buehler (*das griechische Secundärsuffix* της; cf. §. 8) inierunt, quorum alter mirum profecto sonorum transitum statuendo eis formas principales in ικ et ακ substituit, alter eandem inquirendi viam ingressus ad formas principales in ῑτ et ᾱτ pervenit, e quibus et adjectiva in ικός et ακός etc. et feminina in ιδ et αδ repetuntur. Nec magis probanda est Ebelii sententia, qui (K. Z. IV, p. 336) ex *ant* suffixo per *it* formam feminina in ιδ et ιαδ ducere vult.

§. 44. Potius ut primum de formae in ιδ origine agam, Boppio assentiendum esse censeo, qui (vergl. Gr. §. 919, 1) hanc eis linguae sanscritae adjectivis derivativis respondere putavit, quae vocali primae syllabae sanscritae linguae proprio modo per *vriddhi* aucta et accentu in ultimam tracto *a* suffixi ope derivantur, ut v. c. *âjas-á-s* (ferreus) ex *ájas* (ferrum) primitivo, et *âçv-á-s* (equinus) ex *áçva-s* primitivo Quae si e nominibus propriis derivantur, patronymicam ha-

bent notionem, ut *Vâsishth-á-ς Vasishthasja* filium significat. Femininum autem genus eorum, quod *î* vocali denotari solet ut *Drâupad-î* (Drupadasja filia), graecis formis in *ιδ* respondet, quae accentum in eadem atque sanscritae syllaba ponunt. Masculina autem ejus formationis patronymica a Graecis non servata esse non mirum est; quae si a thematis in *o* ducerentur, a primitivis nulla re nisi accentu diversa essent; id enim vocalium augmentum, quod Indi *vriddhi* dicunt, Graeci ad vocabulorum derivativorum formationem non adhibuerunt. Alia vero vocabula *a* suffixi ope secundum istam rationem formata sunt ut *ἀστ'-ό-ς* ab *ἄστυ* themate, atque maxime composita retracto quidem accentu ut *κυνῶπ-α* (*A* 159) fem. *κυνῶπ-ι-ς*, *βαρβαρόφων'-οι*, *διχόμην-ος* fem. *διχόμην-ις* (cf. Schleicher Comp. §. 216, p. 383). — Neque offendere potest *δ* littera, quae *ι* terminationi fem. gen. in graeca lingua adjecta est: parasiticam enim esse Curtius jure suo contendit (de nom. form. p. 6), et quomodo ex *i* sive *j* littera prodire posset demonstravit (Grundz. d. gr. Etymolog. p. 559).

§. 45. Jam de formis, quae in *ιαδ* desinunt, ut *Θαυμαντ-ιάς* agendum est. In quibus *ια* priorem terminationis partem nihil aliud esse, nisi quod etiam in patronymicis masc. gen. in *ια-δης* et gentiliciis in *ια-κός* suffixum quasi auxiliare invenimus, apparet; *δ* vero, quod in casibus obliquis (*Θαυμαντ-ιάδος*) comparet, parasitico modo ex *j* spiranti (*ιαjος, ιαδjος, ιαδος*) prodiit, quam inter vocales *ι* loco, quod femininum genus denotat, exsistere constat. Hoc igitur discrimen est inter formas in *ιδ* et *ιαδ*, quod in illis *ι* proprium fem. gen. signum, praeter *δ* parasiticum servatum est, in his *δ* solum quasi supremum feminini generis indicium remansit. — Neminem vero offendet, quod, cum ultima suffixi vocalis ante *ι* femininum ejici soleat, ut in *σύμμαχος συμμαχ-ίς*, *Πισεάτης Πισεᾶτ'-ις*, tamen in his in *ιαδ α*, quae est *ja* (*ια*) suffixi ultima vocalis, servata est. Si enim in his quoque *α* ante *ι* femininum ejectum esset, duo *ι* inter se excepissent. Praeterea Indis *a* ante *i* fem. gen.

signum constanter elidentibus Graeci etiam in quibusdam nominibus principalibus, quae *a* suffixi ope facta sunt, hoc ipsum *a* ante *i* (*j* δ) servarunt, ut in μαινάδ, φυγάδ etc. — Recti autem casus formam in ιας Leo Meyer (vergl. Grammat. II, p. 106; Curtius, Grundzüge d. gr. Etym. p. 566.) ex ιαδι-ς (αδι-ς) rectissime repetiise mihi videtur; nam cum alias vocales tum *i*, si in fine vocabulorum post consonantes posita esset, saepius ejectas esse constat.

§. 46. Postquam quae esset nostra sententia de origine patronymicorum fem. gen. in ιδ et ιαδ, exposuimus, quemadmodum a poetis, maxime a dactylicis formata sint, inquiramus. Omnino autem memoria tenendum est, poetas dactylicos eas maxime formas facere studuisse, quae hanc ⏖ ⏗ ⏑⏑ bucolicae caesurae quam aptissimam mensuram habeant: nec contempsisse formas molossicas (⏗ _ ⏗) et choriambicas (⏗ ⏑⏑ ⏗), quibus caesuras masculas facerent. Formas vero in ιδ et in ιαδ quodammodo inter se alternare neminem effugiet. Ut enim patronymica hujus mensurae ⏖ ⏗ ⏑⏑ efficiantur, nominativo casu sing. num. forma in ιαδ, reliquis forma in ιδ usurpatur. Atque eodem modo, cum mensura choriambica desideratur, nominativus sing. num. in ιάς ut Σῑσυφιάς, reliqui in ιδ.. ut Σισυφίδος formantur. Nec minus nominativo molossicae mensurae ut Καδμηίς, reliquorum casuum choriambica ut Καδμιάδος respondet. — Sed jam formationem patronymicorum fem. gen. pertractemus.

§. 47. Eis patronymicis, quae e thematis trochaicis vel tribrachycis in α sive masculinis sive femininis repetenda sunt, extremam thematis vocalem eamque in η productam poetae dactylici servare solent. Qua ratione haec patronymica e thematis trochaicis formata sunt: Χρυση-ίς *A* 439 (-ίδος *A* 111; -ίδα *A* 143, 182, 310); Κισση-ίς (cujus primitivum Κισσῆς esse ex *Λ* 223 apparet); atque apud poetas posterioris aetatis haec exstant: Κισση-ιάς Nonn. 43, 63; Περση-ίδος (i. e. Hecate Persae filia) Ap. Rh. γ 478; Ov. met. 7, 74. E thematis autem tribrachycis haec derivata sunt, in quibus non tam metri gratia quam necessi-

tate ultima thematis vocalis in η producta est: *Mtnyēias* Ov. met. 4, 1, — ίδος Ap. Rh. α 233, Ov. met. 4, 32; Τριοπη-ίς, Ov. met. 8, 872, et Steph. Byz. s. v. Τριόπειον; Φλεγυη-ίς or. ap. Paus. 2, 26, 7; quibus accedit *Nēphĕlē-ias* Lucan. 9, 956; — *idos* Ov. met. 11, 195. Eodem modo permulta adjectiva a poetis dactylicis formata sunt, ut Βοιβη-ίδα λίμνην Β 711; Νισαίης Μεγαρη-ίδος Nic. frg. 74, 14; Φιλυρη-ίδα [1]) νῆσον Ap. Rh. β 1234; Βορη-ίδι αὔρῃ Nonn. 33, 211. Rarissime ultima thematis vocali elisa formatio in ιαδ adhibetur ut Βοιβιάδος λίμνης Hes. frg. 76, 3.

At contra in prosa oratione, cum themata primitivorum impura sunt, feminina ultima primitivi vocali elisa in ιδ formantur ut αἱ Μεγαρ-ίδες νῆες Thuc. 1, 48. Si vero primitiva pura sunt, δ solum accentu in ultimam tracto themati adicitur ut Μινυά-δες Ael. v. h. 3, 42, quocum compares Βορεά-ς, quod Soph. Ant. 985 praebet. In quibus δ unum feminini generis indicium ut in formis in ια-δ relictum est.

Hanc formationem regularem poetae dactylici eis tantum patronymicis atque adjectivis servarunt, quorum primitiva in antibacchium aut amphibrachyn desinunt; sic exstat ab Αἰητα themate *Aeet-ias* patronymicum Ov. met. 7, 9, 236, cui nominativo si metrum respicis, respondent: Αἰητ-ίδος Anth. VII, 50, *Aeet-ida* Val. Flacc. 6, 481. — Eodem modo formata sunt haec adjectiva: ἁρπὴν Κυλλην-ίδα Orph. lith. 548; Δωδων-ίδος φηγοῦ Ap. Rh. α 527; *Pīren-ides undae* Ov. met. 2, 240; Μύκην-ίδες αἰχμαί Nonn. 25, 106.

§. 48. In patronymicis vel potius adjectivis fem. gen., quae e thematis impuris in ο et quae ex iis puris, in quibus alia atque α vocalis ante ο exstat, secundum normam facta sunt, extrema thematis vocalis ante ιδ vel ιαδ terminationes elisa est, ut Βηλ-ίδες πύλαι Herod. 3, 155. Apud scriptores prosae orationis adjectiva ejusmodi in ιδ

---

1) Jam ex Φῖλυρίδης masculino, in quo paeonem quartum vocalem primae syllabae producendo poetae fugerunt, nullam inter patronymica masc. gen. et fem. gen. cognationem intercedere apparet.

rariores sunt, nunquam inveniumtur adjectiva in *ιαδ*: poetae vero non tam metri necessitate quam versus commoditate adducti utraque terminatione uti solent. — Haec autem patronymica propria apud poetas inveniuntur:

Aeol-is Ov. met. 11, 573; — *ίδος* Call. h. Cer. 100; Ov. met. 11, 444; *Ἀσωπ-ίδος* Ap. Rh. *α* 735, Ov. Non. Dion. P.; *Ἀχελω-ίδες* Ap. Rh. *δ* 891, Verg. Ov. Claud.; *Belides* [1]), Ov. met. 4, 463; 10, 44; Juven. 6, 655; *Bisalt-ida* Ov. met. 6, 117; *Δάνα-ΐς* Ap. Rh. *α* 137, — *ίδες* Eurip.; *Δαρδαν-ίδες* *Σ* 132, 339; — *ίδα* Pind. Pyth. 11, 28; *Eurytidos* Ov. met. 9, 395; *Ἰναχ-ίς* Nonn. 31, 40; 48, 4; Ov. met. 9, 687; — *ίδος* Anth. Prop. Ov. Nonn.; *Λευκιππ-ίδες* Eurip. Hel. 1466; Ov. her. 16, 327; *Milet-ida* Ov. met. 9, 635; *Πριαμ-ίς* Anth. IX, 191; *Proet-idas* Ov. met. 15, 326; *Sisyph-ias* Ov. her. 12, 204; *Ταντaλ-ίς* Anth. XV, 131; Propert. Ovid. met.; *Τυνδαρ-ίς* (cujus primitivum *Τυνδάρεος* est) Eurip. Hec. 266 ff.; Verg. Propert. Ov. Q. Sm. etc.; *Φορκ-ίδες* Aesch. Prom. 800, Ov. met. 4, 774, cujus primitivum *Φόρκο-ς*, non *Φορκύ-ς* est; *Ὠκεαν-ίς* Ap. Rh. *β* 1242.

Permulta ejus formationis adjectiva apud poetas inveniuntur, ut *μοῦσαι Ὀλυμπ-ιάδες* *B* 491; *Μενελα-ΐδες κύνες* Nic. frg. 97; *Βακχ-ιὰς ἀσπίς* Nonn. 25, 564; *Adrast-ida viduam* [2]) Stat. Theb. 12, 678.

§. 49. Ab hac regulari formatione recedere poetae dactylici coacti sunt, cum e thematis tribrachycis patrony-

---

1) I. e. *Dăna-ides*, quae cum hoc patronymicum in hexametrum non quadret (nisi nominativo casu sing. num.), a *Belo* avo *Bēlides* appellantur.

2) Adjectiva in *ιδ* (*αδ*), cum principio possessivam vim habeant, nonnunquam etiam uxorem significant, ut *Πελοπηίς Ἱπποδάμεια* (cf. Schneider Nicandr. p. 2) *Εὐάδνη Καπανηίς* Maxim. 91, quibuscum compares *Alpheias Arethusa* Ov. met. 5, 487, *Ἀδωνιὰς Κύπρις* Nonn. 33, 25, et sorores ut *Μελεαγρίδες* Ant. Lib. II, (Nic. frg. 51), *Phaëthontis* Avien. arat. phaen. 792, *Honoriades sorores* Claud. 29, 131.

mica casibus perittosyllabis repetenda sunt; *Πρῖαμίδος* enim v. c. in hexametrum non quadrat. Quare ut in patronymicis quae e primitivis tribrachycis in *α* derivata sunt, sic in his quoque ultima thematis vocalis servata in *η* producitur. Quam formandi rationem haec patronymica sequuntur:

Ἐπαφη-ίδα Nonn. 3, 289; *Μενετη-ίδος* Ap. Rh. *α* 56; *Priamē-ida* Ov. a. a. II, 405; am. I, 9, 37; *Φυλακη-ίδα* Ap. Rh. *α* 47; *Ὠκεανη-ιάδος* Nonn. 32, 52, quibuscum haec adjectiva compares: *ἀκτὴν Πᾰγασῃ-ίδα* Ap. Rh. *α* 318; *Ζεφυρῃ-ίδι αὔρῃ* Nonn. 26, 303; *Λιβανη-ίδα πέτρην* Nonn. 32, 9 etc. Multa quoque patronymica, quae e thematis trochaicis derivata sunt, hanc formationem sequuntur, qua nominativo casu sing. num. molossus, reliquis ionicus a majore efficiatur, quos pedes poetas maxime amare supra commemoravimus.

Sunt autem haec: *Καδμη-ίς* Hom. h. in Bacch. 57. Call. lav. 107, Orph. h. 43, 1, 10; 73, 1; Nonn. (Ibycus vero frg. 10 ap. Schneidewinum, in Cram. anecd. I p. 255 regularem formam praebet: *παρελέξατο Καδμίδι κούρῃ*); *Κοιη-ίς* (i. e. *Λητώ ἡ Κοίου*) Call. h. Del. 150. Eodem modo formata sunt adjectiva ut *Μηδείης Κολχη-ίδος* Nic. al. 249; *τέχνης Φοιβηίδος* Anth. IX, 201. In uno ejusmodi adjectivo *ω* pro *η* comparet: *Πυραμίδες Νειλωίδες* Anth. IX, 710.

§. 50. E thematis puris in *ιο* eodem modo atque e thematis puris in *α* patronymica fem. gen. derivantur; ut enim ex *Βορέα-ς Βορεά-δ*, sic ex *Ἥλιο-ς* et *Θέστιο-ς Ἡλιά-δ-ες* Ap. Rh. *δ* 602, 622; Verg. Ov. Nonn. et *Θεστιά-δ-ες* Aesch. Choeph. 605 (sing.) Ov. met. 8, 452, 473; et adjectiva ejus formationis sunt: *Ἰλιά-ς* (ab *Ἴλιον*); *Ῥοιτειά-δος ἀκτῆς* Ap. Rh. *α* 929, Tryph. 216 etc. Interdum ut in patronymicis quibusdam masc. gen. (§. 37), sic in adjectivis fem. gen. *ια* per synaeresin, quam grammatici Indici *samprasaranam* dicunt, in *ι* contractum est; sic in *Εὐξαντίδος*, de quo Bekk. anecd. 850, 25: „*τὸ δὲ Εὐξαντιὰς ἀπὸ τοῦ Εὐξάντιος· τὸ δὲ Εὐξαντίδος παρὰ Καλλιμάχῳ ὕφεσιν ἔχει τοῦ*

'α'." Idem factum est in *Icaridos* (i. e., Penelope) Ov. Ib. 389, ab Ἰκάριο-ς primitivo, et in adjectivis *Parrhasis* (i. e. Callisto), α Παῤῥασία urbs, Ov. met. 2, 460 et in Καπετωλίδος αὔλης Anth. IX, 656, 11 a *Capitolium* primitivo. Utrum vero in his adjectivis: Ἀχερουσίδος ἄκρης Ap. Rh. β 730, in Ῥαμνουσίδι Call. h. Dian. 232, Κρησίδος σίδης Nic. al. 490 eadem synaeresis agnoscenda sit, an ea recta via ex Ἀχεροντ Ῥαμνουντ Κρητ [1]) thematis τ propter ι, quod sequitur, in σ mutato prodierint, vix dijudicari potest.

§. 51. Ex iis thematis, quae in αιο et ειο aut αια et εια desinunt, adjectiva non tam in αιαδ et ειαδ, quam in αιιδ et ειιδ derivantur, quae formae altero ι eliso saepius in αϊδ et apud poetas posterioris aetatis in ηιδ vertuntur. Ita formata sunt: Ἀχαιίδες (ab Ἀχαιο themate) Hom. B 235; χώραν τὴν Πλαταιίδα Thuc. 3, 58 (a Πλαταια themate), Κυταιίδα πτόλιν Ap. Rh. β 401; ι altero ejecto ᾰ in ᾱ mutatum est in φυλῆς Πτολεμᾱΐδος Call. epigr. 11, 3; in ηιδ transiit αιιδ in his: Λιλυβηίδα ἄκρην Ap. Rh. δ 917 (a Λιλυβαιον), πέτραι Λιλυβηίδες Nonn. 2, 397, Κυτηίδα γαῖαν Orph. arg. 824, 1009; et ειιδ in ηιδ transiit in Ῥοιτηίδος ἀκτῆς Q. Sm. 5, 656 et constanter apud Romanos, ut *Penēide* Ov. met. 1, 472 (quod proprium patronymicum est) et *Penēides undas* Ov. met. 1, 544; atque eodem modo formatum est a Vergilio *Aenēis* ab Αἰνεια themate. — Quae formae ut Πλαται-ίδα sine dubio ita dissolvendae sunt, ut Πλαται pro themate primitivi habendum sit ultima vocali abjecta, atque ιδ syllaba eodem modo atque in Δαρδανιδ et derivationem et genus femininum indicet. In eis vero formis ut Λιλυβηίδα et Ῥοιτηίδα altero ι ejecto α vel ε productione suppletoria in η transiit. Jam vero quomodo formae ut Μινυηίς et Φυλακηίς factae sint, apparebit.

---

1) Cfr. Steph. Byz. s. v. Κρήτη: „Κρητήιος κτητικὸν καὶ θηλυκὸν Κρητηιάς καὶ Κρηταιεὺς καὶ Κρήσιος ἀπὸ τοῦ Κρής, καὶ Κρησιάς θηλυκὸν καὶ Κρησία καὶ Κρήσιον· καὶ ἀπὸ τῆς Κρητὸς γενικῆς Κρῆτις καὶ τροπῇ τοῦ τ εἰς σ Κρῆσις."

Nam in his ultimam thematis vocalem metri tantum causa productam esse, parum credibile est. Sed si adjectiva ut *Μιννα-ιο* et *Καδμειο* statuis, quae *ιο* suffixi ope formata sunt, feminina eorum ex *Πλαταιίδων* analogia *Μινναιίδ* et *Καδμειίδ* sunt, quorum *α* vel *ε* altero *ι* eliso in *η* transiit. — In formis autem ut *Ὠκεανηίς* ante *δ* fem. gen. indicium ultima thematis vocalis *ο* sive *α* servatum est ut in *Ῥοιτειάδος* (cf. 51); *η* vero in hoc vocabulo Ionum more pro *ε* invenitur (cf. 36.)

§. 52. Duo exstant patronymica, quae e thematis in *ι* derivata sunt: *Λητωίς* Call. h. Dian. 45, Ap. Rh. *β* 940, Ov. Anth. Nonn. etc., praeter quod nominativo casu *Λητωιάς* Call. h. Dian. 83, Opp. cyn. 1, 109 invenitur, et *Dēōis* Ov. met. 6, 114; in quibus cum primitivorum themata *ΛητοϜι* et *ΔηοϜι* sint (cf. §. 16), *o* suppletoria productione propter digammi elisionem in *ω* productum est. Dubitari potest, utrum in *Λητωίς* et *Δηωίς* *ι* primitivi themati an terminationi tribuendum sit. Sed quoniam haec patronymica tum demum inveniuntur, cum primitiva eorum in *ι* desiisse jam ignotum erat, ea potius ad exemplum tot adjectivorum in *ιδ* formata esse videntur. Fortasse sunt feminina *Λητῷος Δηῷος* adjectivorum ex analogia eorum, de quibus modo disseruimus. — Accedunt haec duo adjectiva, quae *ια* suffixi ope derivata sunt *Ἀδωνιάς* Nonn. 33, 25 et *Phasias* (i. e. Medea a Phaside fluvio appellata) Ov. her. 6. 113, in quibus, cum e thematis in *ι* — nam *δ* in *Φάσιδος Ἀδώνιδος* genetivis parasiticum esse constat — ducta sint, alterum *ι* elisum est.

§. 53. Quae patronymica vel omnino adjectiva fem. gen. e thematis in consonantem aliquam desinentibus secundum normam facta sunt, in eis *ιδ* vel *ιαδ* terminationes primitivo themati nullo alio sono intercedente adjectae sunt. Qua ratione e thematis in *κ* haec adjectiva derivata sunt: *Φαιηκ-ίδα νῆσον* Ap. Rh. *δ* 767; *Atrac-is Hippodamia* Ov. her. 17, 248. — E thematis in *π* haec derivata sunt: *Κεκροπ-ίς* (i. e. *Ἄγλαυρος*) Ov. met. 2, 806; quod saepius

adjectivi notionem habet ut *Κεκροπὶς αἶα* etc., et adjectiva ut *Αἰθιοπὶς* (*-ίδα γλῶσσαν* Herod. 3, 18), *Αἰθιοπίδος γῆς* Eurip. ap. Steph. Byz. s. *Αἰθίοψ*; *Δρυοπίς* St. Byz., *Μεροπίς* (= *Κῶς*) Thuc. 8, 41, St. Byz.

Sed cum formae ejusmodi, quae e thematis pyrrichiis velut *Πελοπ* etc. ductae sunt, in casibus perittosyllabis in hexametrum non quadrent, in eas inter thema et terminationem *η* vocalem poetae inserere solent, ut in *Δολοπηίδα* (*Κτιμένην*) Ap. Rh. *α* 68; *Lelegēides nymphae* Ov. met. 9, 651; *Μεροπηίδα νῆσον* Call. Del. 160; *Πελοπηίς* (i. e. *Πελοπόννησος*) Call. Del. 72. Ap. Rh. — Jam quaerendum est, unde *η*, quod videlicet antiquorum sententia „*πλεονάζει*“ [1]) harum formarum ortum sit. Atque Otto Schneiderus quidem (Nicandr. p. 3), qui fortasse Stephanum Byzantium [2]) secutus est, ut accusativis Homericis, quales *Αἰθιοπῆας*, sic his adjectivis themata in *ευ* substituenda esse censuit. Nec tamen scio an ei non assentiendum sit. Nam cum poetae posterioris aetatis masculino et neutro genere adjectivorum in *ηιος* qualia *Πελοπήιος* Ap. Rh. *α* 758, *β* 792, *Λελεγήιος* Alex. Aet. v. 27 apud Parthen. erot. 14, *Μεροπήιος* Opp. cyn. 2, 364, Maneth. 4, 215, Christod. 272 etc., haud raro utantur, quae sine dubio non e thematis in *ευ* sed ut *ποιμν-ήιος* (Hom. *Β* 470, Hes. op. 789) *Φοινικ-ήιος* (Hdt), etc. suffixis *α* et *ια* inter se conjunctis ex thematis consonanti aliqua finitis repetenda sunt, potius feminina in *ηιδ* cum his comparanda esse censeo (cf. §. 51); mea igitur sententia *Πελοπηίδ* ex *Πελοπει-ίδ* ortum est.

§. 54. Complura exstant patronymica, quae e t h e m a t i s i n *τ* derivata sunt. Quae cum constanter macrocatalecta sint, patronymica eorum ad caesuram bucolicam faciendam

---

1) Cf. Cram. anecd. I p. 374: „*Ὃν τρόπον παρὰ τὴν Κέκροπος δοτικῇ* (sic!) *Κεκροπὶς, Αἰθίοπι Αἰθιοπίς, οὕτως καὶ Πέλοπι Πελοπηίς* (!) *τὸ Πελοπηίς πεπλεόνακε τὸ η ὡς τὸ ποίμνιον ποιμνήιον* etc.“

2) Steph. Byz. s. *Τριόπιον*· „*τὸ θηλυκὸν Τριοπηίς ὡς ἀπὸ τοῦ Τριοπεύς*.“

recto casu sing. num. *ιαδ*, reliquis casibus *ιδ* terminationem sibi assumunt; rarius, cum caesura mascula desideratur. recto casu *ιδ* reliquisque *ιαδ* terminationes adhibentur. Haec autem ejus formationis patronymica exstant: *Ἀθαμαντ-ίδος* (*Ἕλλης*) Aesch. Pers. 70, Ov. Tryph.; *Ἀτλαντ-ίς* Ap. Rh. *δ* 573, Lycophr. 73, 774 (gen.), Tib., Ov. Nonn. etc. *Ἀρητ-ιάδα* Ap. Rh. *β* 798 (de *Ἀρητ* primitivo cf. §. 41), *Dymant-ida* Ov. met. 13, 620; *Θοαντ-ιάς* Ap. Rh. *α* 637, 712. Ov. Stat. Val. Fl.; *Thaumant-is* Ov. met. 4, 279; — *ias* 11, 647; *Κρειοντ-ίς* Pind. Isth. 3, 82; *Δηλαντ-ιάς* Nonn. 48, 245, 570, 917; *Pallant-ias* Ov. met. 15, 191; — *idos* 15, 700.

Accedunt: *Κοιαντ-ίς* (i. e. *Λητώ*) Orph. h. 35, 2, et *Θειαντίδος* Opp. hal. 3, 403. Maxim. *π. κ.* 6; — *ίς* 103, 528; *Θεαντίς* 95; *Θειαντιάς* 503, quae e thematis *Κοῖο-ς* — ex quo *Κοιηίς* apud Callimachum derivatum est (cf. §. 49.) — et *Θεῖα* (cf. Hes. th. 135) ducenda sunt. Qua analogia ad tales formas faciendas poetae illi adducti sint, non assequor. Putabant fortasse *ντ* cuilibet nomini proprio addi posse, quod in dialectis quibusdam nomina propria in *αντ* ut *Αἴας*, *Θόας* ex falsa nominativi analogia prima declinatione flectebantur (cf. Bekk. anecd. p. 1183).

§. 55. E thematis macrocatalectis in *ν* haec patronymica derivata sunt:

Κεβρην-ίδα Christod. 221; *Τιταν-ίς* Aesch. Prom. 874, Eum. 6, *Τιτηνιάς* Nonn. 1, 219, 31, 265; — *ίδος* etc. Call. Ov. Val. Fl. etc. *Typhōn-ides* (Harpyiae) Val. Fl. 4, 428; *Phorcȳn-ida* (Medusa) Ov. met. 5, 230.

E thematis brachycatalectis in *ν* haec derivata sunt: *Lycāŏn-is* (Callisto) Ov. fast. 2, 173; *Παιηον-ίς* (*Ἠπιόνη*) Maxim. *π. κ.* 206; *Πανδῖον-ίς* (*Πρόκνη*) Hes. op. 568; Anth. IX, 57, 70; *Ὑπερῖον-ίς* (*Σελήνη*) Max. 113.

§. 56. E thematis in *ρ* haec duo tantum patronymica derivata sunt: *Ἀγηνορ-ίς* (*Ἰνώ*) Opp. cyn. 4, 237; *Macar-ĕida* (*Ἴσση*) Ov. met. 6, 124; quod quidem nonnulli a *Μακαρεύς* primitivo derivare volunt. Sed cum Issae pa-

ter a Diodoro et Arnobio *Μάκαρ* appelletur, non dubito, quin hoc patronymicum secundum analogiam formarum ut *Πελοπηίς* e *Μάκαρ* primitivo ductum sit.

§. 57. Patronymica, quae e thematis in *ευ* secundum normam derivata sunt, semper fere in *ηιδ* exeunt, in quibus *η* ex *ε* propter digammi elisionem productum est. Haec autem exstant: *Βριση-ίς* Hom.; *Νηρη-ίδες* Hom. etc.; *Ἐρεχθη-ίς* Ap. Rh. *α* 212; *Νηλη-ίς* Ap. Rh. *α*, 120; *Nyctē-is* Propert. 1, 4, 5, Ov. Stat.; *Oenē-is* Sen. Herc. Oet. 583; *Πανοπη-ίδος* Hes. frg. 113; *Τυθη-ίς* Tryph. 159; *Ὑψη-ίς* Nonn. 9, 306; 29, 185.

Ex aliorum vocabulorum analogia, quae e thematis in *ευ* derivata sunt, in hoc uno patronymico *Νηρεΐδες* *ε* loco *η* invenitur, qua forma correpta Pindarus semper usus est. In epicam poesin, quantum equidem inveni, primus Vergilius (Aen. 5, 120), in elegiacam Ovidius eam induxit. E graecis autem epicis Q. Smyrnaeus ea uno loco (2, 436), pluribus Nonnus usus est. Tragici semper fere *ι* *η* vocali subscripto *Νηρῇδες* usurparunt.

E quibusdam thematis in *ευ* praesertim cum in bacchium desinunt ut *Ἐρεχθευ*, patronymica derivantur, in quibus metri necessitate *ε* vel *η* ultima thematis syllaba casibus perittosyllabis plane abjecta est. Qua ratione haec facta sunt:

Epimeth-ida Ov. met. 1, 390; *Erechth-ida* Ov. met. 7, 726, her. 16, 343; *Phorōn-idos* Ov. met. 1, 668, — *ide* 2, 524; accedit *Salmon-ida* Prop. 1, 13, 21; Ov. am. 3, 6, 13; Val. Fl. 5, 479, cujus primitivum (*Σαλμωνεύ-ς*) molossus est. Adjectivum hujus formationis est: *Καφηρ-ίδες πέτραι* Anth. IX, 289. Hac formatione latinos poetas non primos usos esse ex eo apparet, quod carmen epicum antiquissimum *Φορων-ίς* exstitit, cujus nomen a Phoroneo Ius patre ductum erat. (Cfr. C. H. Müller *de cyclo epico*). — Ultimam autem thematis syllabam in illis elisam esse, non mirum est. Nec enim solum derivandis vocabulis *ες* syllaba, ut in *Ἡρακλείδης*, *γεν-ικός* etc., sed etiam *ευ* syllaba ut in *βασιλ-ικός* *βασίλ-ισσα* nonnunquam detrahitur.

Patronymicis, quae e thematis in Ϝ derivata sunt, adnumerandum esse videtur:

Μινω-ίς Ap. Rh. γ 997, δ 433; Ov. Anth. etc. (cf. §. 23).

§. 58. E themate in σ (Ἱππομενες) derivatum est *Hippomenēide* (i. e. Limone) Ov. Ib. 333, in quo ε idque in η productum ex analogia tot aliorum patronymicorum in ηιδ servatum est. Ἀρηιάς autem (Q. Sm. 1, 318 — ιάδος 1, 187, — ίδα 1, 206), quod quasi femininum Ἀρήιος adjectivi homerici est, huc spectare negaverim. Quanquam enim usitatissimum primitivi ejus thema in σ desinere ex Ἄρες vocativo apparet, Ἀρήιος tamen et Ἀρηιάς propter η potius ex Ἀρευ [1]), quod est aeolicum, quam ex Ἀρες derivandum esse censeo. Productio enim suppletoria non invenitur, nisi cum j aut Ϝ elisa sunt.

Patronymicorum fem. gen. formationem a patronymicorum masc. gen. satis diversam esse jam cognovimus. Quanquam enim utraque patronymicorum forma nonnunquam ια suffixum quasi auxiliare praebet, hoc tamen maxime interest, quod in masculinis patronymicis duo similis notionis suffixa (ια et δα cf. §. 25) inter se conjuncta sunt, sed in femininis in ιαδ ια solum patronymicam notionem habet et δ nil nisi femininum genus indicat (cf. 45). Neque easdem ineunt vias patronymica masculina et feminina, si quae formae in metrum dactylicum non quadrant: in masculinis vocales quaedam producuntur ut in Πρῑαμίδης aut suffixa quaedam inseruntur ut in Ἀγχισ-ιά-δης et Ταλα-ϊον-ίδης, feminina vero non solum, ut in metrum quadrent, sed paene ex arbitrio poetarum in ηιδ ηιαδ formantur, quibus quidem quodammodo patronymica masc. gen. in ηιάδης respondent.

---

1) Tertia hujus thematis forma est Ἀρητ, ex quo Ἀρητ-ιάδης masculinum (cf. §. 41) et Ἀρητ-ιάς femininum (cf. §. 54) derivata sunt.

Et quanquam omnes fere masculinorum patronymicorum faciendorum formae jam apud Homerum, femininorum apud Alexandrinos demum inveniuntur, jure tamen ea inter se comparari possunt. Nec enim dubitandum est, quin hi ut in ceteris rebus sic in patronymicis fem. gen. formandis omnino epicos prioris aetatis, non unum Homerum secuti sint.

CAPUT III.

DE PATRONYMICIS, QUAE IN ιων, ιωνη (ωνη), ΐνη DESINUNT, AGITUR.

§. 59. Tertia patronymicorum forma est, quae veterum grammaticorum sententia masculino [1]) genere in ων, feminino [2]) in ωνη aut, cum primitiva impura sunt, in ινη desinit. De vocali autem, quae ων masculinae terminationi antecedit, Theognostus in Cramer. anecd. II, p. 27 haec praescripsit: „Τὰ εἰς ʽων᾽ πατρωνυμικὰ τὴν παραλήγουσαν τὴν αὐτὴν ἔχει τοῖς εἰς ʽδης᾽ πατρωνυμικοῖς καὶ φυλάττει τὸ ʽω᾽ κατὰ τὴν γενικήν· οἷον Πριαμὶς (sic!) Πριαμίων Πριαμίωνος, Κρονίδης, Κρονίων, Κρονίωνος, Ἀτρείδης Ἀτρείων Ἀτρείωνος.“ Sed vereor, ne hoc praeceptum falsum sit. Nec enim solum interdum, quanquam rarissime, ω casibus obliquis corripitur (cf. *E. M.* s. Κρονίων) ut in Κρονίονος Ξ 247, λ 620, sed etiam ab Ἱππότης v. c. et Ἄσιος patronymica ut Ἱπποτάων et Ἀσιάων formari debebant, quorum quidem nulla exstant exempla. Ac si nil nisi ων terminatio esset, quid sibi vellet ι in formis ut Ἀκτορίων? Nam in his ι inter thema (Ἀκτορ) et terminationem (ων) vocalem copulativam esse propter ω alteram vocalem parum credibile est. Itaque ιων pro terminatione habendum est et feminino genere ιωνη. Jamque apparet, quae sit

1) Cfr. Dionys. Thr. in Bekk. an. p. 634, 29; schol. ejus l. l. p. 849, 16, Prisc. II, 6, 35.
2) Cfr. Eustath. p. 989, 15 (cf. §. 63.)

origo ejus suffixi. Nil enim impedit, quominus cum Curtio (Grundz. d. gr. Etym. p. 569) *ιων* ex *ιο* et *ων* suffixis compositum esse putemus, quorum alterum possessivam, alterum, ut ita dicam, ampliativam notionem habere constat. *Κρονίων* igitur eodem modo ex *Κρόνιος* adjectivo ut *Φίλων* ex *φίλος* adjectivo ductum est. Patronymica ergo vis in priore tantum suffixo inest, non in posteriore.

§. 60. Jam quae patronymica masc. gen. in *ιων* exstent, quaque ratione formata sint inquiramus. Derivantur autem eodem fere modo e thematis primitivis quo adjectiva in *ιος*, e quibus orta sunt.

Quare, cum e thematis in *ο* derivatio fit, ante *ι* terminationis aut quod plerumque fit ultima thematis vocalis eliditur aut in *ε* mutata servatur. Sunt autem ejus formationis haec:

Δαρδαν-ίωνες, quod ethnicam habet vim (cf. §. 6.) Hom. *Η* 414, *Θ* 154; Q. Sm. 11, 425. — *Κρον-ίων*, quod omnium hujus formae creberrimum est; nam exstat apud Homerum 70 locis, deinde apud Hesiodum, Tyrtaeum, Pindarum Pyth. 1, 136; 3, 99; Nem. 1, 23; 9, 45; Theocr. 17, 73; Q. Sm.; Orph. arg. 117. Maneth. 1, 208, 210; Nonnus (98 locis); Coluth. 77; Mus. 136. — *Οὐραν-ίωνες*, quod apud Homerum nil nisi epitheton ornans deorum est; nam Hesiodus primus Uranum deorum genitorem fecit. Hes. Q. Sm. Orph. lith. Anth. XIV, 72; Nonn. 26, 361. — *Αἰολίων* (*Μάκαρ*) Hom. h. in Ap. Del. v. 37, *Αἰολίωνες* (= *Αἰολεῖς*) St. Byz. s. *Αἰολία*. — In *Καδμείωνες* (*Καδμείονες* St. Byz.) *Δ* 385, *Ε* 804, *Ψ* 680, quod ethnicam notionem habet, *ε* ultima thematis vocalis, servatum est ut in *Καδμεῖος Καδμηΐς* etc. — Eodem modo formatum est *Ἀργείωνες* St. Byz. (cf. *Ἀργεῖοι*). — E themate in *ρ* ductum est: *Ἀκτορ-ίων* (—*ος* *Ν* 185, —*ίωνε* *Β* 621, *Λ* 750, *Ψ* 638; Orph. arg. 177.) Pro patronymico hujus ordinis accipi potest *Καισαρ-ίων* i. e. *Caesaris filius* (cf. Plut. Caes. 49.). — E thematis in *ευ* derivata sunt: *Ἀτρείων* Hom. *Α* 387, *Β* 192, 445, *Ψ* 233, *Ω* 395; Co-

luth. 218, et Πηλείων, quod Homerus 49 locis, Q. Sm. 5 locis usurpavit.

§. 61. Maxime memorabilis forma est Μολίονε [1]) Λ 709 et Λ 750, pro qua Pindarus Ol. 11, 34 Μολίονες praebet; quae quomodo explicanda esset, magna erat lis inter antiquos grammaticos. Alii enim patronymicum esse contenderunt, quanquam inter se dissenserunt, utrum a Μόλος matris Actoridarum patre (schol. A ad Λ 709) an a Μόλος Ῥωμαϊκῷ ἔθει Actoris cognomine repetendum esset (Eustath. p. 882, 14 sequ.); quin etiam nonnulli a Μολιόνη Actoridarum matre Μολιονίονε ductum esse, ex quo Μολίονε ex Ὑπερίων analogia (pro Ὑπεριονίων) concisum esset, putarunt. Alii vero „τὸ Μολίονε κατ' ἐπίθεσιν ἤγουν ἐπιθετικῶς νοοῦσιν, ἵνα ἡ λέξις δηλοῖ τοὺς μαχίμους καὶ ὁρμητικοὺς οὐ παρὰ τὸν μῶλον, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἐν μάχῃ μόλυνσιν, ἐξ ἧς ἐν ἐκτάσει ὁ μῶλος γίνεται, ἢ παρὰ τὸ μόλω ῥῆμα." (Eustath. 882. 21; cf. Hesych.).

Ac mea quidem sententia Μολίονε pro patronymico apud Homerum accipi non potest; duo enim patronymica ita inter se conjungi posse ut Μολίονε Ἀκτορίωνε (Λ 750) negaverim. Epitheton igitur sit necesse est. Nec tamen ita explicandum esse censeo ut veteribus grammaticis videbatur, sed potius Welckero assentior, qui (cfr. Faesi ad Il. Ψ 638) Μολίονε nil nisi molas significare putat. Derivandum igitur est a radice *mar*, de qua vide Curtii element. etym. gr. n. 481. Nec tamen negari potest, posteriore tempore hoc vocabulum maxime a mythographis (cf. Mnaseam in Ap. Sch. β 1055, qui eos Μολίονας, et Apoll. 2, 7, 2, 3, qui Μολιονίδας nominat), pro patronymico, quod ex Μολιόνη ductum esset, acceptum esse. Atque ad hujus et Ὑπερίων exemplum, quod pro patronymico ex Ὑπεριωνίων conciso, non pro epitheto quidam habebant (cf. Eustath. 1190, 6), Theocritus 15, 141 Δευκαλίωνες formasse videtur.

§. 62. Non praetermittendas esse formas quasdam

1) I. e. Εὔρυτος καὶ Κτέατος, Actoris vel Neptuni filii.

censeo, in quibus *ιον* sive *ιων* suffixum quasi auxiliare est. Atque de his quidem patronymicis: *Ταλα-ϊον-ίδης*, *Ἰαπετ-ϊον-δης*, *Oedipod-ion-ides*, *Sperch-ion-ides* jam supra (§. 35) disseruimus; addi potest *Ἀρκαδ-ιών-δης*, de quo Steph. Byz. s. *Ἀρκάς*: „*ἐκάλουν αὐτοὺς καὶ Ἀρκαδιώνδας τοῦ ʽδʼ πλεονάσαντος.*“ Nec tamen in hoc, quod apud quem exstiterit, nescimus, *δ πλεονάζει*, sed ad boeoticorum patronymicorum exemplum (cf. §. 21) formatum esse videtur. — Nec in patronymica modo sed etiam in possessiva *ιων* suffixum auxiliare inductum est: *Μαρσ-ιων-ίδος Φόρκης* Lycophr. 1275; *παῖδε Βορειον-έω* Opp. cyn. II, 623; *Oedipod-ion-iae Thebae* Ov. met. 15, 429; Stat. Theb. II, 405. — Nec tamen huc spectat Verg. Aen. VII, 410:

— — — *quam dicitur urbem*

Acrisioneïs Danaë fundasse colonis.

Coloni enim *Acrisionei* nominantur, qui *Ἀκρισιώνης* i. e. *Δανάης*, non qui *Acrisii* sint. Maxime autem errant, qui *Acrisioneïs* pro patronymico habent.

§. 63. Jam quae forma fem. gen. masculinis in *ιων* respondeat, indagemus. — Antiquorum autem grammaticorum sententia, quam etiam Lobeckium (ad Buttm. II, p. 439) probasse video, feminina in *ωνη* et *ινη* respondent. Eustathius quidem (p. 989, 15) haec praescripsit: „*ἀπὸ τῶν εἰς ʽοςʼ καθαρῶν κυρίων ὀνόματα γίνονται θηλυκὰ πατρωνυμικὰ διὰ τοῦ ʽωνηʼ οἷον ἐκ τοῦ Ἀκρίσιος Ἀκρισιώνη ἡ τοῦ Ἀκρισίου· ἀπὸ δὲ τῶν μὴ καθαρῶν διὰ τοῦ ʽινηʼ Ἀδρηστίνη, ἡ τοῦ Ἀδράστου.*“ Sed cum masculinam formam revera in *ιων*, non ut veteribus videbatur, in *ων* desinere cognoverimus, feminina quoque et impurorum et purorum primitivorum in *ιωνη* exspectantur. Atque ex impuris sane thematis *ιωνη* suffixi ope haec patronymica ducta sunt: *Ἰναχ-ιώνη* (*Ἰώ*) Call. h. Dian. 254; *θεαὶ Οὐραν-ιῶναι* Anth. app. 51, 5. In his autem duobus ultima thematis vocalis servata est: *Ἀργειώνη* Antimach. ap. Steph. Byz.; *Σεμέλη Καδμειώνη* Anth. app. 51, 59. Quare dubitari non potest, quin etiam haec quae

sequuntur patronymica, quae e thematis puris derivata sunt, altero ι eliso ιωνη terminatione formata sint: Ἀκρι-σι-ώνη Hom. Ξ 319; Αἰνει-ώνη Anth. app. 51, 38 (i. e. Romana); Ἰκαρι-ώνη (i. e. Πενελόπη) Maxim. π. κ. 90, 287, 413; Ῥει-ώνη (i. e. Ἥρα) Euphor. frg. 138; Τυνδαρε-ώνη (i. e. Ἑλένη) 473; Coluth. 369; Christod. 167.

Ex eadem falsa ut videtur analogia qua Δευκαλίωνες haec tria patronymica facta sunt: Ἠλεκτρυών-η (Ἀλκμήνη) Hes. sc. 16, 35; Ἠετιών-η (i. e. Ἀνδρομάχη) Q. Sm. 1, 115; 13, 268; Christod. 160; Διώνη, quo nomine *Venus*, non *Diona* mater ejus, significatur apud Theocr. 7, 116; Bion. 1, 93; Ov. am. 1, 14, 33; a. a. 2, 593; fast. 2, 461; 5, 309; Val. Flacc. 7, 187.

Offensionis aliquid in eo inesse possit, quod masculinis patronymicis in ιων feminina in ιώνη respondere statuimus. Quae enim masculina suffixis in consonantem aliquam desinentibus formata sunt, ea apud Graecos feminino genere paraschematismum in ια, non in α, (η) habent ut φερ-οντ, φεροντjα, φέρουσα; ψαλ-τήρ, ψαλ-τερjα, ψάλ-τειρα vel ψάλ-τρια; ἀνθεμο-Fεντ, ἀνθεμο-Fεν-τjα, ἀνθεμό-εσσα; ἡδ-ύ, ἡδ-(ε)Fια, ἡδ-εῖα; βασιλεF, βασι-λεFjα, βασίλεια; ἠριγεν-ες, ἠριγεν-εσjα, ἠριγένεια; μέλ-αν, μελ-ανjα, μέλαινα; Λάκ-ων, Λακ-ανjα, Λάκ-αινα (Λακω-νίς est adjectivum). Terminationes autem ᾰ (η) et quae rarior invenitur ι paene eis tantum femininis conveniunt, quibus masculina suffixa vocali aliqua finita respondent, ut ἀστ-ή femininum (Herod.) ἀστ-ός masculino respondet δι-χόμην-ις διχόμην-ος, ἠπειρῶ-τις ἠπειρώ-της. Itaque aut Καδ-μείων masculino femininum Καδμειών-ια vel Καδμείαινα aut Καδμειώνη feminino Καδμείωνος masculinum (cf. υἱωνή et υἱωνός) respondere debebat.

Sed non solum patronymica, sed etiam alia vocabula in ων ωνος et ων ονος paraschematismum contra normam in ωνη et ονη habent, ut ΔιFων (i. e. Ζῆν, Ζᾶν) Διώνη [1]),

---

1) In schol. ad Od. γ 91 legitur: „τὴν Ἀμφιτρίτην Ποσειδῶν ἥρπα-

Σίμων, Σιμώνη, ἡγεμών ἡγεμόνη (cf. Loceck prol. p. 32) etc.

§. 64. Jam restat, ut de patronymicis gen. fem. in ῑνη disseramus. Inveniuntur autem haec, quae e thematis in ο derivata sunt:

Ἀδρηστ-ίνη (Αἰγιάλεια) E 412; Εὐην-ίνη (Μαρπήσση) I 558; Ὠκεαν-ίνη Hes. theog. 364, 389, 507, 956; Call. Dian. 13, 62; Opp. cyn. II 118; e themate in α derivatum est: Αἰητ-ίνη (Μήδεια) Dion. Per. 490, Ov. her. 6, 103; e themate in ευ: Νηρη-ίνη Catull. 64, 28; Q. Sm. 3, 125 etc. Opp. hal. I, 386; e themate in οϝι: Δηω-ίνη Call. frg. 48. Accedit Θειαντ-ίνη Maxim. π. κ. 191, 276, 596, quod eodem modo quo Θειαντίς et Θειαντιάς (cf. §. 54) ex Θεία primitivo derivatum est.

Hanc formam Leo Meyer recte explicasse mihi videtur, qui (*Ueber die flexion der adjectiva im deutschen p.* 50) haec dicit: „*Verkürzungen von vollerem ia oder ja zu blossem oder von ja zu i und ganz entsprechend z. B. von ua oder va zum blossen vocal u oder von ua zu u, sind in unsren sprachen durchaus nichts ungewöhnliches; — — im griechischen steht z. B.* πρῖν *für* πρίον πρίαν, Ἀδρηστίνη E 412 *für* Ἀδρηστιώνη *mit demselben ausgang wie* Ἀκρισιώνη." Nec tamen ex ιώνη demum sed aut jam ex ιᾱνα aut quod ad Κρονίονος genetivi exemplum formatum esse poterat, ex ιονη ῑνη contractum esse contenderim. Nam etiam ex ιᾰ ιο, non ex ιᾶ tantum ῑ prodire posse, ex hoc ipso exemplo πρίν, quod Leo Meyer attulit, apparet (cf. Z 81). Cum his femininis patronymicis in ινη maxime comparandum est Παλλακῖνος, de quo in Etymol. Gudiano p. 450, 18: „Παλλακῖνος

σεν, ὅθεν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων Ποσειδωνία ὠνομάσθη· ὥς καὶ Ἥρα Διαίνη παρὰ Δωδωναίοις." Lobeckius injuria ut mihi videtur Διώνη et Ποσειδώνη scribere vult (l. l. adn. 27). Sed quidni Dodonaei Διαίνη, quam formam regularem esse cognovimus, servari potuerint? Ποσειδωνία autem etiam derivativum esse potest, cf. Ov. fast. 4, 943: *Tithon-ia* i. e. Eos.

παρὰ τῷ Σώφρονι τὸ ὄνομα, δηλοῖ δὲ τὸν πάλληκα ἢ τὸν τῆς παλλακῆς υἱον."

§. 65. Ut igitur patronymica in ιων et ιώνη sic etiam patronymica in ἶνη ex *ja* et *an* suffixis inter se conjunctis formata esse jam cognovimus. Forma autem in ινη non usurpatur nisi si derivatio e primitivis macroparalectis fit ut Ἀδρηστ-ίνη. — Semper fere patronymica ejus formationis in ιων ιωνη ινη Κρονίων excepto in fine versuum praesertim apud posterioris aetatis epicos inveniuntur; quare nunquam Ἀκτορίων, nunquam Πηλείων vel Ἀτρείων nominativo casu sing. num. exstat. Nam ει syllabam eorum homericos poetas in arsi non collocasse jam ex analogia patronymicorum ut Πηλείδης concludi potest (cf. §. 23).

Ceterúm hanc patronymicorum formam, quae quorundam veterum grammaticorum [1]) sententia Iadis linguae propria erat, quam rarissime usurpatam esse, qüisque intelleget. Nam apud Homerum quidem, qui omnium poetarum eam creberrime adhibuit, 148 locis patronymica in ιων, 708 locis in δης leguntur. Nunquam tragici et Latini [2]), rarissime Pindarus [3]) ea usi sunt. Nec multo saepius ea invenitur apud Alexandrinos prioris aetatis. Sed apud posterioris aetatis epicos quasi revivescit, sic apud Quintum Smyrnaeum, sic apud Nonnum ejusque sectam.

---

1) Cfr. Prisc. II, 6, 35; sch. ad Dion. Th. in Bekk. an. p. 849, 16. Nec tamen solum Pindarus (*Κρονίων* Pyth. 1, 136; 3, 99; Nem. 1, 23; 9, 45; *Μολίονες* Ol. 11, 43) sed etiam Theocritus (15, 141 *Δευκαλίωνες*) hac forma usi sunt.

2) Ovidius et Valerius Flaccus Venerem *Dionen* appellarunt, quod cum a primitivo (*Διώνη*) non diversum sit, patronymicum vix dici potest. — Forma in ινη usi sunt Catullus et Ovidius (cf. §. 64.)

3) Quare Pindarus et tragici *Οὐρανίδαι* (Pyth. 4, 344, Eurip. Phoen. 823 etc.) et *Δαρδανίδαι* (Pind. frg. Eurip. Rhes. 230), non: *Οὐρανίωνες* et *Δαρδανίωνες* dixerunt.

CAPUT I.

DE ADVERBIIS GRAECIS IN UNIVERSUM AGITUR.

De adverbiis Graecis commentationem scribere qui instituit, eum grammaticorum veterum de iis praecepta nefas quidem est silentio praeterire; ea autem quam sint diversa ac saepenumero non solum obscura verum etiam perversa quum neminem mediocriter modo in hoc litterarum genere versatum fugiat, illa examinanda, ne extra angustos fines terminosque, quales sunt huic libello constituti, egrediar, satius duxi in aliud tempus differre, praesertim quum ad quaestionem eam quam mihi proposui absolvendam fere nihil afferant momenti. Nunc solus Aristoteles dignus videtur qui commemoretur. Is enim, qui, quum omnino eruditionem et multiplicem litterarum doctrinam cum philosophia conjungeret, grammaticae quoque si minus, id quod veteres aliquot scriptores judicarunt, auctor, [1]) at ejus certe amplificator erat, loco quodam (Top. VI, 10) formas quales sunt *ὠφελίμως* et *ποιητικῶς* esse dicit *ὀνόματα* aut *πτώσεις ὀνομάτων*. Quod quam vere dictum sit, spero fore ut mox intellegatur. Id enim mihi proposui, ut doceam vocabula illa quae vulgo *Ἐπιρρήματα* sive Adverbia appellantur nihil aliud esse nisi — paucis quibusdam exceptis — formas quas dicunt casuales. Quarum multae cum casibus obliquis qui in usu sunt mire congruunt, quum alia adverbia, id quod

1) Dio Chrysost. or. 53. p. 563: *Ἀριστοτέλης ἀφ' οὗ φασι τὴν κριτικήν τε καὶ γραμματικὴν ἀρχὴν λαβεῖν.*

facillimum est ad intellegendum, tanquam vestem induerint genetivi, alia dativi, alia accusativi; multae suffixorum quorundam ope formatae sunt, quorum significatio similitudinem et cognationem cum casuum terminationibus non dissimulat; his accedunt autem permultae quarum vestes illorum corporibus accommodari non possunt: quae quum vestigia prae se ferant casuum paullatim quasi defunctorum, quorum munera syntactica plerumque casus superstites susceperunt [2]), reliquiae putandae sunt temporis cujusdam quo Graecorum lingua majore quam postea casuum copia utebatur. Sicuti enim physici nostri et ex argonautae sepiae omninoque paucorum illorum ex cephalopodis superstitum natura et ex ammonitarum orthoceratitarum goniatitarum ceterorumque hujus generis intermortuorum reliquiis copiosissimum olim cum formae tum speciei varietate fuisse cephalopodorum genus haud spernendis argumentis judicant: ita nobis, ex quo homines doctissimi et sagacissimi, quorum duces ac signiferi non Mezzofantii isti sunt qui omnium disciplinarum et linguarum peritissimi esse sibi videntur, sed Boppii Humboldtii Grimmii Pottii alii linguis Indogermanicis diligenter comparatis linguae imaginem antea opertam et quasi pulvere obductam ostenderunt nitidis et speciosis coloribus pictam ejusque vitam sive historiam ex tenebris ac nebulis in lucem protraxerunt clarissimam et judicii acumine errores inveteratos expulerunt permultos, ita nobis, inquam, non dubitandum est quin fuerit quondam tempus quoddam quo cum aliorum tum Graecorum lingua etiam laetius uberiusque quam illis temporibus ex quibus ad nos prima ejus pervenit notitia floruerit. Irrisores quidem et contemptores studiis illis et fuerunt multi et adhuc sunt; esse autem permultas res, grammaticas potissimum, quas qui recte tractare ac perspicere velit, non angustis unius linguae finibus

---

2) Cf. G. Curtius Verhandlungen der philologenversammlung in Meissen [1863] p. 48 sq. — B. Delbrück Ablativ localis instrumentalis im altindischen lateinischen griechischen und deutschen Berl. 1867.

continineri sed plurimarum comparationem adhibere debeat, vel acerrimi eorum adversarii facere jam non possunt quin concedant. Quid? Ipse Lobeckius magnam vim ac potestatem ad leges linguae perscrutandas et illustrandas in illis inesse libere professus est.

Jam quum dicimus Graecorum linguae copiam fuisse quondam casuum majorem, tantum abest ut de quindecim illis casibus cogitemus quos linguae Finnicae proprios esse grammatici docent — de nominativo genetivo indefinitivo s. partitivo caritivo essivo illativo comitativo instrumentali s. adverbiali inessivo elativo adessivo ablativo prosecutivo allativo mutativo, quem numerum etiam amplificari posse affirmant[3]) — ut septem illos dicamus admodum vivaces in venerabili lingua Sanscrita quae non parens, ut nonnunquam fit, sed soror aetate prior habenda est linguarum Indogermanicarum, quibus est, ut cum Ovidio Met. II, 13 loquar, „facies non omnibus una, nec diversa tamen, qualem decet esse sororum.“ Quaerentibus jam praeter nominativum genetivum dativum accusativum nobis occurrunt et locativus, qualis cernitur in *οἴκοι domi*, *χαμαί humi*, et instrumentalis (*πάντη*) et ablativus de quo mox plura dicemus. Vocativus, quem linguae Indogermanicae in singulari tantum numero aut thematis aut nominativi forma indutum exhibent, agmen clauderet, si modo esset cur in casuum numero poneretur — id quod fere fieri solet —, cum neque ipse suffixo quodam sit insignis, neque nomen illud quod in vocativo collocatum esse dicimus unquam strictis illis orationis legibus obedire coactum sit, sed liberius semper interjectionis instar sermoni adiciatur vel inseratur.[4])

Quibus expositis priusquam de formis in *-ως* et *-ω* ex-

3) Cf. Kellgren Grundzüge der finn. sprache p. 49 sqq. — Schleicher Compendium [2]p. 515.

4) Cf. G. Curtius Zur chronologie der indogerm. spr. p. 66 sq. abhandl. der philol.-histor. cl. der k. saechs. gesellsch. d. wissensch. tom. V. no. 3. p. 250 sq.

euntibus agam, pauca videntur de adverbiorum generibus et de ἐπιῤῥήματος nomine dicenda.

Ac primum quidem ἐπιῤῥήματος nomen quum, quod sciam, neque apud quemquam Aristotele superiorem neque in ejus superstitibus hodie libris legentibus occurrat, non dubitandum est quin eo sit recentius. Quis autem fuerit vocis auctor, quis est qui dicat? Hoc unum scimus illum putandum esse vel superiorem Aristarcho vel ejus aequalem, quum hic, si fides habenda est Quintiliano I, 4, 20, „unus ex idoneis duntaxat auctoribus fuerit qui octo orationis partes secuti sunt.“ Itaque non improbabile est vocis inventorem fuisse unum ex iis qui tralaticiam illam de octo orationis partibus, quarum una est ἐπίῤῥημα, doctrinam condiderunt. Quae quando condita sit et a quo quum hoc et ipsum neque ex Graecis neque ex Latinis grammaticis compertum habeamus, res et in medio est relinquenda neque unquam, opinor, ad liquidum perduci poterit.

Sed quaerentibus nobis quid veteres nomine illo indicare voluerint, ipsi paratiores sunt ad respondendum. Diserte enim nonnulli certe grammatici ἐπίῤῥημα esse quasi adjectivum verbi, ἐπίθετον ῥήματος, docent. Quod quo facilius perspiciatur, aliquot locos ex Graecorum libris adscribam: Schol. Dion. Thr. Bekk. An. p. 931, 28: *Εἰρήκαμεν* (p. 924, 4), *οτι τὸ ἐπίῤῥημα πρὸς ῥῆμα φέρεται· διὸ καὶ οὕτως ὠνομάσθη.* — p. 933, 18: *ἐπίῤῥημα . . . ἐπίκειται ἀεὶ τῷ ῥήματι· ἄνευ γὰρ ῥημάτων οὐ συγκλείει διάνοιαν. Ἰστέον δὲ ὅτι ὅπου ἐπίῤῥημά ἐστι, πάντως καὶ ῥῆμα· ὅπου δὲ ῥῆμα, οὐ πάντως ἐπίῤῥημα.* — 24: *ἐκ τῆς συντάξεως δὲ εἴληφε τὸ ἐπίῤῥημα τὴν ὀνομασίαν. διὰ τοῦτο γὰρ ἐπίῤῥημα λέγεται, ἐπειδὴ ἐπί τι ῥῆμα φέρεται.* Planud. *περὶ συντάξ.* p. 113, 30: *ἐπίῤῥημα τῇ δυνάμει ἐπίθετον τοῦ ῥήματός ἐστι, ὡς καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα τούτου δηλοῖ.* Idem statuisse Latinos grammaticos et ex Adverbii nomine, quo Graecorum ἐπίῤῥημα accurate vertendo reddebant, et ex Donati Diomedis Prisciani aliorum de ea re placitis liquidissime apparet.

Videmus igitur ab his omnibus, qui ut in aliis multis

sic in hac parte plus minus Apollonium secuti videntur, hoc omissum esse adverbia etiam addi posse aliis orationis partibus, quod quidem quomodo excusari possit, ego non video, et vocabulum illud habitum esse pro composito ex *ἐπὶ* et *ῥῆμα* ortum, quod Schol. Dion. Thr. p. 933, 33 disertis verbis dicit: *σύνθετον δέ ἐστι τὸ ἐπίρρημα παρὰ τὴν ἐπί πρόθεσιν καὶ τὸ ῥῆμα. ἅμα δὲ τῇ συνθέσει πεπλεόνακε τὸ ρ̄, ὡς καὶ τὸ ἄρρωστος.*

Sed quaeritur num haec opinio vera sit ac recta. Dubitatum de ea est cum ab aliis tum a K. E. A. Schmidtio [5]. Is enim *ἐπίρρημα* illud et esse *σύνθετον* et significare aliquid, quod *ῥήματι* addatur sive adiciatur, negat. Esse dicit potius *παρασύνθετον* sero formatum, quumque ad verbum *ἐπειρῆσθαι* pertineat, significare — ipsius verba ne male vertendo corrumpantur adscribo — *ein dazugesprochenes* aeque atque *ἐπίγραμμα* *ein dazugeschriebenes. wozu geschrieben oder gesprochen*, inquit, *das ist so wenig in diesem wie das ähnliche in irgend einem ähnlichen Worte* (*ἀπο-ἐπι-προσ-ὑποβάλλειν*) *gesagt, die umgebung des wortes wird darüber auskunft zu geben haben.* Sed ne quem pigeat quod virum doctissimum diutius loquentem facio, missis his me non dubitare lubenter profiteor quin Schmidtii de hac re sententia sola videatur vera. Perquam enim commode quadrantem eam video in adverbiorum usum ac potestatem, quam veteres illi finibus nimis angustis circumscripserunt.

Quantum autem grammaticorum Graecorum — missos facio Latinos — interfuerit totum adverbiorum agmen, in quo multa quoque vocabula et significatione et forma illis dissimillima inepte posuerunt, in species quam plurimas distribui, ex Dionysii Thracis potissimum grammatica videre

---

5) K. E. A. Schmidt Beiträge zur geschichte der grammatik Halle 1859. p. 491 sqq.

6) Aliter Schoemann. Animadversiones ad veterum grammaticorum placita de adverbiis. Gryphisw. 1860.

licet, qui adverbia, postquam propter schema alia ἁπλᾶ alia σύνθετα esse dixit, in species a significatione appellatas distribuit viginti sex, quas enumerare et longum et supervacaneum est, neque quemquam hodie esse puto qui toto corpore atque omnibus unguiculis ut dicunt pro illa nomenclatura dimicare animum inducat. Quodsi quis tamen perseveret adverbiis ex significatione nomen imponere, ei haec quattuor genera sufficient: τοπικά, (ὧν σχέσεις εἰσὶ τρεῖς, ἡ ἐν τόπῳ, ἡ εἰς τόπον, ἡ ἐκ τόπου), χρονικά, ποιότητος, ποσότητος. Quoad haec scriptiuncula intra morphologiae fines versabitur, nulla opus erit vocabulorum illorum distributione neque a schemate sumpta neque a significatione. Facem nobis praeferent eorum terminationes, nonnunquam etiam εἶδος quod dicitur auxiliabitur.

His quae necessario praemittenda videbantur absolutis jam ad rem ipsam accedo statim ab adverbiis in -ως et -ω cadentibus initium facturus.

CAPUT II.

DE ADVERBIIS ABLATIVI FORMA PRAEDITIS.

§. 1. *De ablativi suffixo.*

Casum illum, cui C. Julium Caesarem nomen ablativi imposuisse ex fragmento quodam librorum De Analogia ab eo scriptorum compertum habemus, non solum apud Romanos sed etiam in aliis linguis Indogermanicis, ut in Sanscrita Bactriana Osca Umbrica vivacem esse quum viri docti studiis linguisticis dediti viderent, quaerebant, num forte Graecorum quoque sermoni possent vindicare. Atque Boppio viro sagacissimo contigit ut eum adverbiis in -ως et -ω cadentibus a superiore tempore velut hereditate relictum perspiceret; moxque multi alii exstiterunt quibus persuasum esset repertam esse viam non relinquendam sed aperiendam et muniendam. Unde factum est ut hodie sint qui caput quassantes mirentur, et cum ab G. Hermanno viro quamvis clarissimo in libro de emendanda ratione Graecae grammaticae p. 137 traditum legunt recentiorem Latinorum sermonem sextum casum adjecisse ablativum, vel p. 141 sq. ratione logica demonstratum, qui factum sit ut ablativus casus et dativus in Graeca lingua et vetere Latina nullum formae discrimen habeant, et cum praeceptum illud simplicissimum quidem sed mirum quantum perversum, quod plurima adverbia ab adjectivis ita formari jubet ut aut postrema genetivi pluralis consonans ν in ς, aut terminatio -ος modo nominativi modo genetivi propria in -ως mu-

tetur, a recentioribus nostraeque aetatis grammaticis decantatum inveniunt. Tale quid a veteribus grammaticis et praecipi et non refelli potuisse non mirum est atque condonandum, quum ut in ceteris disciplinis sic in hac parte veram rationem multas variasque ob causas ab iis perspici non potuisse manifestum sit. Aegrius autem ferendum est, quod ex nostratibus nec defuerunt nec desunt qui, nescio quo studio moti et occaecati, vera ratione spreta ad vanam plane et absurdam confugiunt; idque maxime mireris in Buttmanno viro si minus de rebus etymologicis, ubi ut Lobeckius aliquo loco judicat ψεύδεα πολλὰ λέγειν solitus est, at omnium consensu optime merito de rebus grammaticis. Is enim, postquam (Gramm. [2]II. p. 334, 4) rectissime docuit -ως illud jure pro terminatione quadam ad adjectivum flectendum pertinente haberi posse, statim veris falsa admiscet legem istam proferens ac sanciens. Quae quam vitiosa sit, cum jam alii demonstrarint, non opus est multis hic repetere. Satis habemus commemorasse nullo unquam modo fieri posse ut -ως illud nunc ab hoc nunc ab illo adjectivi casu proficiscatur.

Sed audiamus rationem veram a viris doctissimis propositam multisque jam probatam. Ortum igitur est -ως ex -ωτ eodem modo quo κέρας ex *κερατ (cf. gen. κέρατ-ος), τέρας ex *τερατ (cf. gen. τέρατ-ος), εἰδός ex *εἰδϝοτ (cf. gen. εἰδότ-ος) lege illa in lingua Graeca vigente, qua, quum vetitum sit ullum vocabulum vere Graecum consona muta concludi, littera τ aut in ς mutanda aut abicienda est. Optime autem respondet -ως illud sive -ωτ suffixo *t* = *at* = *ât* (cf. Schleicher, Compend. [2]§. 251), quo et in lingua Sanscrita ablativus in vocibus vocali *a* terminatis atque in pronominibus a genetivo distinguitur et in lingua Zendica omnium nominum ablativus formatur. Adde quod in linguis Italicis pro tenui *t* positam esse videmus mediam *d*, quae, quum in sermone Osco semper servata sit, in Umbrico plane evanuit, in Latino autem antiquissimis temporibus integra vigebat, id quod ex columnae rostratae inscriptione et senatuscon-

sulto de Bacchanalibus aliisque reliquiis optime intellegi potest. Quae quum ita sint, non audiendi sunt qui *d* illud, cujus primus mentionem fecit Quintilianus I, 7, 12, paragogicum sive ephelcysticum esse censent. Antiqui illius ablativi exempla cum et in Corsseni Mommseni Schleicheri aliorum libris et in Corpore Inscriptionum Latinarum inveniantur hic repetere piget. Hoc unum non est praetereundum a vero non videri aberrasse eos, qui cum ex rebus aliis tum ex „facilumed" quod est in SC. de Bacchan. adverbia quoque omnia in - *ê* cadentia ablativos esse coniciant; neque enim Boppii in iis veteris locativi vestigia inesse arbitrantis [7]) licet gravissima auctoritate deterriti adjectivorum in *-us* (*-er*) *-a -um* terminantium characterem *o* demonstrant ad fingendum adverbium tanquam vocalem conjungentem adscivisse litteram *i* (vel *e*); inde ortum esse primum - *oi* - *t*, deinde certis quibusdam legibus aliunde sancitis - *ei* - *t*, - *i* - *d*, - *e* - *d*, denique expulsa ablativi nota - *ê*: doctus, docto-, doctoi - *t*, doctei - *t*, docti - *d*, docte - *d*, doctê [8]). Cujus anomaliae causam quaerenti mihi non dubium est quin Latini, ut aliquid sit quo inter se differant adjectivi forma adverbialis et nominalis, varia illa usi sint ratione. Nonnunquam fieri ut -*ê* illud primitus productum brevi cedat, non mirabimur memores quam quantamque vim exerceant et frequens usus, quem tyrannum esse in proverbio est (*benĕ*, *malĕ*) et leges metricae quas poetis vel ingeniosissimis vincula interdum injecisse exemplis sat multis comprobatur [9]).

Sed revertamur ad Graecorum -*ως* et videamus quo modo se conjungat cum thematis. Atque thematis pronominum quorundam et earum vocum quae vel adjectiva sunt

---

7) Gramm. III. p. 478**.

8) Vid. G. Curtius De nominum Graec. form. p. 26. Schleicher Compendium ²p. 253 not. 2. Corssen Ueber aussprache vokalismus und betonung der latein. spr. I. p. 335.

9) Vid. Corssen Ueber aussprache l. l.

vel eorum prae se ferunt speciem ita adjungitur ut characterem si ο (α) est perire, auf si mavis nullo vestigio relicto secum coalescere, si consona in flexione elisionem patiens (σ, Ϝ), evanescere, sin neutrum, locum tenere jubeat; contractio denique sive συναίρεσις, si cui locum habere licet, ceterorum casuum analogiam sequitur. Quae res quo melius intellegatur, nonnulla mihi liceat afferre exempla:

εὐδαίμων	εὐδαιμον-	εὐδαιμον-ωτ	εὐδαιμόν-ως
πᾶς	παντ-	παντ-ωτ	πάντ-ως
χαρίεις	χαρι[Ϝ]εντ-	χαριεντ-ωτ	χαριέντ-ως
σοφός	σοφο-	σοφο-ωτ	
		σοφωτ	σοφῶς
ἁπλόος	ἁπλοο-	ἁπλοο-ωτ	
		ἁπλοωτ	ἁπλόως=ῶς
	πο-	πο-ωτ	
		πωτ	πῶς
σαφής	σαφεσ-	σαφε[σ]-ωτ	σαφέως (ῶς)
ἡδύς	σϜᾱδυ=ἡδυ-		
	σϜᾱδεϜ=ἡδεϜ-	ἡδε[Ϝ]-ωτ	ἡδέ-ως
θρασύς	θαρσ-υ-=θρασ-υ-		
	θαρσεϜ-=θρασεϜ-	θρασε[Ϝ]-ωτ	θρασέ-ως

§. 2. *De adverbiis in -ω.*

Sicut hic dentalem in sibilantem mutatam cognovimus, ita in aliis adverbiis pro rata parte non ita multis eam aeque evanuisse videmus atque in neutris in -*μα* cadentibus (*ὄνομα ὀνόματ-ος, σῶμα σώματ-ος*) saepeque in flexione verborum (*ἔφερε*[-*τ*], *ἔφερον*[-*τ*], *ἔδειξε*[-*τ*] = Sanscr. ádikshat, *ἔδειξαν* [-*τ*] etc.). Huc sine dubio referenda sunt quae a praepositionibus proficiscuntur, velut *ἄνω κάτω* etc. (cf. Sanscr. purástât *vorn*, adhástât *unten*) et ante omnia quae in comparativo et superlativo terminationibus -*τέρω* et -*τάτω* utuntur. Quibus percommode respondent Latinorum: raro perpetuo sempiterno aeterno sero subito merito alia.

De his adverbiis quid nonnulli sentiant, non alienum videtur brevi hic commemorare. Ac primum quidem W. Christius [10]) dubitat, in adverbiis localibus *ἄνω κάτω ἔξω ἔσω* etc. *τ* interierit (*ἀνωτ* etc.), an *κ* (*ἀνωκ* etc.) spectans ad Sanscr. radicem ank', *curvare*, quacum praepositiones componantur: prāk' *vorwärts*, njāk' *niederwärts*, arvāk' *herwärts*, parāk' *abwärts*. Haec sententia num digna sit quae illi anteferatur, ego dijudicare non ausim. Quod autem H. Usenerus [11]) Hartungium [12]) secutus dixit, adverbia localia in *-ω* exeuntia locativos esse quorum *-οι* productione primum in *-ῳ*, ut in dativis, deinde in *-ω* abierit, nequaquam potest comprobari, quod in vocum terminationibus haec mutatio linguae legibus fieri vetita est. Inductus est vir doctissimus in hunc errorem iota illo, quod adverbia illa nonnunquam vel in optimis codicibus comitans invenitur, et grammaticorum quorundam praeceptis, quibus hac in re majorem fidem habet quam gravissimis cum aliorum tum Herodiani technicorum principis testimoniis. At maximi putanda esse censeo quae leguntur in Et. Magn. 544, 12: *κύκλῳ ἐπίρρημα τοπικὸν . . . ἔχει τὸ ι προσγεγραμμένον ὡς ἀπὸ δοτικῆς. τὸ μέντοι πόρρω καὶ ἔξω καὶ ἄφνω οὐ παρὰ δοτικάς. διὸ οὐδὲ προσγεγραμμένον ἔχει τὸ ι*, et 663, 21: *ὅσοι τὸ ἐγγυτέρω καὶ ἐγγυτάτω καὶ τὰ ὅμοια σὺν τῷ ι βούλονται γράφεσθαι, ἀπὸ δοτικῆς λέγουσιν αὐτὰ εἶναι. καὶ λέγει ὁ Ἐπαφρόδιτος, ὅτι τινὰ τῶν ἀρχαίων ἀντιγράφων σὺν τῷ ι εἶχον αὐτὰ γεγραμμένα. κρεῖττον δέ ἐστι χωρὶς τοῦ ι ταῦτα γράφεσθαι. λέγει δὲ ὁ τεχνικός, ὅτι εἴ τις τὸ ἔξω σὺν τῷ ι γράφει, ἐπειδὴ οἱ Συρακούσιοι ἔξοι λέγουσιν, οὐκ ἐπιχειρεῖ καλῶς.* Cf. praeterea 350, 6.

Jam proferam ea quorum comparativus et superlativus in *-ω* exeunt:

10) W. Christ Griech. lautlehre p. 91.
11) In Fleckeiseni annalibus 1865 p. 248 sqq.
12) Hartung Ueber die casus 1831 p. 199 sqq.

ἄνω — *ἀνωτέρω*: Herod. 1, 190. 8, 130, 132. Aeschyl. Prom. 312. Xen. An. 1, 4, 16. 4, 2, 25. Equ. 1, 4. 7, 10. Plat. Rep. 6. p. 511 A. 7. p. 534 D. 8. p. 568 E. Crat. p. 396 C. Legg. 9. p. 880 B etc. — *ἀνωτάτω*: Herod. 7, 23. Aristoph. Pl. 1206. Pac. 207. Xen. H. Gr. 4, 1, 41. Plat. Rep. 6. p. 511 D.

κάτω — *κατωτέρω*: Aristoph. Ran. 69, 1430. Plat. Phaed. p. 112 D. p. 113 B. — *κατωτάτω*: Et. Magn. p. 344, 2; nonnulli ap. Diod. 2, 13, ubi alii *κατώτατον*.

ἔσω — *ἐσωτέρω*: Herod. 8, 66 fin. Hippocr. de artic. p. 783 E. — *ἐσωτάτω*: Hippocr. de oss. nat. p. 276, 18. de artic. p. 785 C.

ἔξω — *ἐξωτέρω*: Aeschyl. Cho. 1023. Aristot. Metaph. 9. 4. p. C. 1055, 25. — *ἐξωτάτω*: Plat. Phaed. p. 122 E. Rep. 10. p. 616 E. Aristot. h. a. 4, 4. Hippocr. de oss. nat. p. 276, 18.

πόρρω — *πορρωτέρω*: Plat. Rep. 7. p. 526 E. Legg. 11. p. 932 C. Alcib. I 131 A. C. alibi. Isocr. or. 6. 42. p. 124 C, ubi cod. Urb. *πόρρω*. — *πορρωτάτω*: Plat. Tim. p. 70 E. Isocr. or. 17, 19. p. 362 D. or. 3, 37. p. 34 C. Demosth. p. 499, 24. Antiatt. in Bekk. An. p. 111, 14.

πρόσω — *προσωτέρω*: Herod. 2, 175. 3, 45. 4, 16. 5, 10. 6, 124. 8, 122. Dionys. A. R. 3, 36. *προσσωτέρω* Maxim. *περὶ καταρχ.* 395. — *προσωτάτω*: Herod. 2, 103. 4, 43. Xen. Cyr. 1, 4, 6. 2, 1, 11. Plut. Them. c. 7. Soph. Ai. 731 ex codd. cf. Lobeck. [3]p. 279.

πρό — *προτέρω*: Hom. *Δ* 507. *E* 672. *I* 192. 199. *K* 409. *Σ* 387. *Ψ* 490. 526. *δ* 36. 667. *ε* 91. 417. *ι* 62. 105. 565. *κ* 77. 133. *ξ* 356. *ο* 109. *ω* 474. Apoll. Rh. *Δ* 919. Callim. Dian. 72. Hesych.

ἀπό — *ἀπωτέρω*: Plat. Phaedr. p. 254 C. Rep. 5 p. 449 *B*. Demosth. p. 1066, 26. Aesch. c. Ctes. 535, 143. Polyb. 15, 6, 2. 4, 35, 13. — *ἀπωτάτω*: Demosth. p. 675 extr. Fr. poet. ap. Diod. Exc. Vat. p. 123. Soph. OT. 137. Plutarch. saepissime.

ὑπέρ — ὑπερτέρω suspectum ap. Themist. or. 11. p. 152 C.
ἀγχοῦ, ἄγχι — ἀγχοτέρω lexica praebent sine auctore. — ἀγχοτάτω: Herod. 2, 169. 4, 35, 73. 6, 102. 7, 64, ubi alii -τατα, 73. 74. 80. 89. 91. 8, 122. 135. Appian. de reb. Pun. c. 186, ubi restituit Schweigh. pro vitioso ἀγχιτάτω.
ἀσσοτέρω: Hom. ρ 572. τ 506. cf. Cram. An. Ox. 1, p. 64, 8. — ἀσσοτάτω: Anth. Pal. 9. 234, 2. 430, 7.
ἐγγύς — ἐγγυτέρω: Soph. OC. 1216. Ion ap. Athen. 13, 604 C. Thuc. 2, 21. 89. 4, 73. Isocr. or. 15 (Antid.) §. 184 ed. Bait. et Saupp. Plat. Legg. 7. p. 515 D. 9. p. 583 A. Demosth. p. 305, 21. — ἐγγυτάτω Soph. Ant. 933. Thuc. 3, 61. Xen. Comm. 1, 6, 10. Plat. Soph. p. 264 E. Lys. or. 1. §. 41. Demosth. p. 1067, 12. p. 1068, 7.
ἑκάς — ἑκαστέρω: Hom. η 321. hymn. in Bacch. 29. Apoll. Rh. *B* 855. Eurip. Herc. f. 1648. Herod. 3, 101. 6, 108. 7, 49. 8, 60. 9, 2. 122; quod ap. Theocr. 15, 7: Τὺ δ' ἑκαστοτέρω ἔμ' ἀποικεῖς legitur, suspectum est cum propter formam tum propter scripturam; cod. enim unus certe praebet ἑκαστέρω. — ἑκαστάτω: Hom. *K* 113. Herod. 4, 33. 204. 9, 14. 1, 134. cf. Hippocr. de art. p. 785.
τηλοῦ — τηλοτέρω: Arat. 1050. Paul. Sil. Anth. Pal. 5, 301, 1. Hippocr. p. 821 E. — τηλοτάτω: Hom. η 322.
μακράν — μακροτέρω var. lect. ap. Plat. Soph. p. 258 C. cf. infra μακροτέρως. — μακροτάτω: Long. Past. 3, 17. Diogen. Ep.
ἔνδον — ἐνδοτέρω: Diodor. 2, 8. Plut. Mor. p. 53 F. p. 82 D. p. 411 A. p. 656 F. Arat. c. 43. Cat. M. c. 5. Themist. or. 1. p. 2 C. 4. p. 51 C. Joseph. AJ. 15, 11, 3. Pollux 9, 33. — ἐνδοτάτω: Plut. Mor. p. 918 F. Lucian. Amor. c. 16.
ὑψοῦ — ὑψοτέρω lexica praebent sine auctore. — ὑψοτάτω: Bacchylid. ap. Athen. 2. p. 39 E (= Bergk. PLG [2]p. 971. Nr. 27 v. 5.)
πέρα (ᾳ), πέραν — περαιτέρω: Aesch. Prom. 249. Soph. Trach. 663. 948. Eur. IT. 274. Andr. 270. Aristoph. Av. 1500. Thesm. 705. Xen. Mem. 3, 13, 5. Plat. Phaed. p.

107 B. Phaedr. p. 239 D. Gorg. p. 484 C. Rep. 3. p. 407 B. Demosth. p. 688, 14. p. 1182, 25. Aeschin. c. Ctes. 417, 24. 471, 80; ap. Apoll. Rh. *B* 425 libri nonnulli, alii autem *παροιτέρω* quod Merkelius recepit.

πλησίον — *πλησιαιτέρω*: Herod. 4, 112.

§. 3. *De adverbio οὕτως οὕτω.*

Sunt vero etiam, quae, quum dentalem modo abiciant modo in sigma mutent, quasi ancipiti sint natura, veluti *ἄφνως ἄφνω* inprimisque quod omnium longe est frequentissimum *οὕτως οὕτω*, de quibus jam veteres technici disceptantes, utrum *ς* antiquitus ad formas pertinuerit an postea additum sit, sat multa argutius quam verius commentati sunt. Neque vero solum apud veteres dissensio erat, sed a recentioribus quoque res non semel in controversiam vocata est, unde factum ut, qui *οὕτω* primitivum esse affirmant, ab iis qui negant acriter impugnentur. Pro illa sententia Buttmannus [13]), pro hac Schaeferus [14]) propugnat. Ego neglecta illa Solonis lege neutrius partis sum, quum totam istam disceptationem plane supervacaneam esse censeam; nam sigma illud non extrinsecus adjectum est, id quod ex iis quae supra diximus elucet, sed littera est clitica ablativo attributa, cui nonnunquam, ut alibi quoque, fugam capessere licet. Quae quum ita sint, non est, quod diutius hac in re versemur. Multo plus autem lucri cum grammaticis nostris tum scriptorum editoribus afferretur, si quis quaerentibus nobis, qui factum sit ut adverbio *οὕτως* — nihil enim dicam de reliquis rarius occurrentibus — Graeci, exceptis Ionibus qui constanter *οὕτω* scripserunt, sigma nunc tribuerint nunc detraxerint, accurate et in omnes partes apte respondere posset. Nam quantumvis ex philologis multi iidemque doctissimi certae cuidam legi a scriptoribus observatae inda-

13) Buttmann Gramm. II. p. 340. not. 5.
14) Ad Plutarch. V. p. 219.

gandae operam navarint, tamen rem nondum perfectam atque absolutam videmus; nam critici „certant et adhuc sub judice lis est.“ Quod enim Thomas Magister dicit *οὕτως* ponendum esse ante vocalem subsequentem, ante consonam *οὕτω* idque ubicunque *οὕτως* ante consonam positum exstet, restituendum (*τὸ οὕτως ἐπαγομένου μὲν φωνήεντος μετὰ τοῦ σ ἐκφέρεται, ἐπαγομένου δὲ συμφώνου χωρὶς τοῦ σ· εἰ δὲ εὕρηται καὶ ἐπαγομένου συμφώνου μετὰ τοῦ σ, ἁμάρτημα γραφέων ἐστί* p. 262, 13 Ritsch., cf. Anonym. in Cram. An. 1. p. 307 (Etym. M.): *ὅτε μὲν ἐπιφέρεται σύμφωνον, ἐξέρχεται τὸ σ, ὅτε δὲ φωνῆεν, φυλάττεται. οὐδέποτε δὲ ἐπιφερομένου φωνήεντος ἐκβάλλεται τὸ σ*), verum quidem esse paucis exceptis de Homeri carminibus, aliunde autem non prorsus comprobari Lobeckius [15]) docte exposuit: *οὕτως* enim sexcenties inveniri ante consonam, *οὕτω* saepissime quidem ante vocalem in clausulis enuntiatorum, rarissime autem in sermone continuo. Idem vir summus „aeria“ illa ratione, qua alii nonnunquam soni causa *οὕτως* ante consonam et *οὕτω* ante vocalem positum, alii *οὕτως* ab Atticis saepe „significationis causa“ sive „ob majorem tonosin“ usurpatum opinantur, victricibus armis propulsata, praeceptum quoddam [16]) proponit, quo nullum, opinor, usque ad hunc diem datum melius. „Notam illam, inquit, a Thoma traditam non dubito ex codicibus ductam esse, quos Thomas ejusque magistri usurparunt; sed num hi ex libris antiquis et aetati Atticorum proximis religiose transscripti an ex technicorum decretis constantiae servandae causa rescripti et correcti fuerint, quis est qui nos certiores faciat? Apographa quibus hodie utimur ubique fere dissentiunt seu casu et errore librariorum seu quia alius aliam rationem sequutus est, plerique nullam. Quare recipiendum est quod quoque in loco optimi quique exhibent, non ut altero verius, sed quia certior probatio non invenitur.“

---

15) in dissertatione de proschematismo Pathol. II. p. 214 sq.
16) l. l. p. 217 sq.

§. 4. *De adverbiis Doricis in -ῶ et de Gothicis in -ô.*

Praeterea Dorica aliquot adverbia pronominalia ablativorum speciem prae se ferre eorum non solum forma sed etiam significatio vere et mere ablativa luculentissime docet. Atticorum enim adverbiorum in -θε(ν) cadentium vice funguntur: πῶ (πῶ πῶ τις ὄνον ὠνασεῖται; Apollon. in Bekk. An. p. 604, 7 ex Sophrone) αὐτῶ τουτῶ τηνῶ Bekk. An. l. l. 6; p. 942, 31; κηνῶ· ἐκεῖθεν Hesych. (cf. Ahrens De dial. Dor. p. 374), quibus licet comparari Gothica aljathrô aliunde, hvathrô unde?, thathrô inde, dalathrô κάτωθεν, allathrô παντόθεν, πανταχόθεν, jáinthrô illinc, fairrathrô πόρρωθεν, μακρόθεν, jupathrô ἄνωθεν, ûtathrô ἔξωθεν alia, in quibus num ablativi insint, pro certo affirmari non potest [17]).

§. 5. *De linguarum Romanensium adverbiis in ment, -mente.*

Poteram hic finem facere sed postremo rationem illam jam ab aliis perspectam [18]), qua in linguis Romanensibus adverbiorum non minima pars formatur, obiter et breviter indicare libet. Eorum enim usitatissima terminatio -ment, -mente nihil aliud est nisi singularis Lat. substantivi „mens" ablativus, qui fere cum feminino adjectivo conjunctus sermoni adverbium suppeditat, propria vocabuli mentis significatione saepissime tanquam veste vel detracta vel mutata, id quod haud raro alibi fieri notissimum est. Dicunt igitur Francogalli: tranquillement (= tranquilla mente) heureusement amèrement; éperdument constamment gentiment pro éperduement constantement gentillement [19]). In recentiorum Italorum Hispanorum Lusitanorum lingua ablativo illi formam relictam

17) Vid. Schleicher Compendium ²p. 554. §. 251 adn. ultim.
18) Cf. Grimm Gramm. III. p. 162.
19) Cf. Fuchs Roman. sprach. p. 355.

esse integram adverbia ostendunt haece: Ital.: ordinariamente raramente interiamente certamente veramente constantemente amaramente etc., Hispan.: claramente concisamente elegantemente[20]), Lusitan.: doutamente fortissimamente nimiamente.

Sed desinam jam plura afferre de re tam perspicua, ne ridiculus videar eorum obsequens consuetudini, qui, quum ea quae sunt ante oculos posita non animadvertant, omnia longius repetunt quam necesse est. Demonstrasse igitur nobis videmur ablativum casum Graecis non deesse, quippe quum eorum adverbia in -ως et -ω exeuntia aeque ac Latinorum in -*o* et -ê et Romanensium in -ment et -mente cadentia illius specie sint induta.

§. 6. *De adverbiis a verborum participiis profectis.*

Proximum est ut adverbia in -ως ab unoquoque adjectivorum genere propagata recenseantur. Verum de hac parte, quippe quae in grammaticorum artibus ita jam tractata sit, ut nihil novi addendum videatur, plura verba facere hoc loco non opus est. In adverbiis autem a verborum participiis profectis accuratius contemplandis paullisper commorari mihi liceat.

A verborum participiis adverbia in -ως posse proficisci non quidem est, quod miremur; saepissime enim adjectivorum vi ac natura participia praedita sunt. Ejusmodi autem generis numerum haudquaquam esse exiguum, priusquam huic rei operam coepissem navare, me latuit. Neque enim ex paucis illis exemplis a Buttmanno Lobeckioque[21]) et Kruegero[22]) in medium prolatis tantam conicere poteram farraginem quantam ego collegi. Quam si secundum verborum et tempora et categorias a thematum natura sumptas distributam protulero, haud inutilem — at profecto mole-

20) Cf. Fuchs Lehrbuch der span. sprache p. 136.
21) Gramm. ²II. p. 340.
22) Gramm. I. p. 205. §. 41. 12. Adn. 4.

stissimam — me suscepisse operam arbitror, quum ex elencho illo optime intellegi possit, et quanta insit in Graecorum lingua facilitas adverbia ista ratione fingendi et, id quod ex grammaticorum artibus parum perspicitur, quae qualisque sit singulorum participiorum hac in re fecunditas. Adde quod in eo non ita pauca invenies quae in lexicis frustra quaesiveris.

I.

ADVERBIA A PARTICIPIO PRAESENTIS ACTIVI DUCTA.

α) a verbis in -ω.

παραπαιόντως ἀγαπώντως ἀποχρώντως ὑπεραποχρώντως ὑπεροργώντως ἀγνοούντως ἀναλογούντως ἀρκούντως ἀπαρκούντως ἐξαρκούντως ἐπαρκούντως δεόντως ἐνδεόντως θαρρ(ρσ)ούντως καρτερούντως λυσιτελούντως συντελούντως συμφωνούντως φρονούντως πληρούντως στιλβόντως ἐλλειπόντως πρεπόντως ἐκπρεπόντως συμπρεπόντως νηφόντως ὑπεραγόντως ἀνθελκόντως παρελκόντως καθηκόντως προσηκόντως προυπαρχόντως παρατρεχόντως ἐχόντως νοῦν νουνεχόντως λόγον ἐχόντως λογονεχόντως προσεχόντως ὑπερεχόντως συνεχόντως ἀπᾳδόντως συνᾳδόντως σπευδόντως ἀπαρτιζόντως ἁρμοζόντως ἁρμοττόντως συναρμοττόντως ἐπαμφοτεριζόντως ἰδιαζόντως κατασπουδαζόντως πλεοναζόντως ὀφειλόντως δυσχεραινόντως ὑπερβαλλόντως διαφερόντως συμφερόντως ἀρεσκόντως λανθανόντως.

β) a verbis in -μι.

ὄντως, ion. *ἐόντως*; *ὑπερόντως* Plotin. p. 749 *E.*

II.

ADVERBIA A PARTICIPIO PRAESENTIS PASSIVI (DEPON.) DUCTA.

α) a verbis in -ω.

περισπωμένως προπερισπωμένως ἐπαινουμένως εὐδοκιμουμένως ἱκνουμένως ὁμολογουμένως ἐξομολογουμένως συν-

ομολογουμένως ὀρθοτονουμένως προηγουμένως προκαθηγουμένως ἀφοσιουμένως σεβομένως ὑποβλεπομένως ἑπομένως συνδιωκομένως ἐνδεχομένως ἐχομένως ἰσχομένως συναρχομένως ἐναλλασσομένως ἡδομένως κηδομένως φειδομένως ἐμποδιζομένως ὀφειλομένως συστελλομένως αἰσχυνομένως φαινομένως συρομένως.

β) a verbis in -μι.

ἀγαμένως Plat. Phaed. p. 89 A.
ἐπισταμένως Hom. *Η* 317. *Κ* 265. *Ω* 623. ε 245. 250. λ 367. μ 307. ϱ 341. τ 422. 457, υ 159. 161. φ 44. ψ 197. Xen. Cyr. 1, 1, 3.
ἱεμένως Schol. Apoll. Rh. *Γ* 890.
ἀντικειμένως Aristot. Rhet. 3, 10. 2, 24.
ἐκκειμένως Philostr. v. S. 2, 14.
ἐνδιακειμένως Hermog. p. 284 ed. Sturm. Eustath. op. p. 261, 49.
παρακειμένως Athen. 11. p. 489 B. Plut. Mor. p. 882 *B*.
περικειμένως Cass. probl. 1. p. 331, 13.
συγκειμένως Eustath. Od. p. 1634, 54.

III.

A participio aoristi II. activi praeter τυχόντως (Aristot. Eth. Nic. 4, 3, 8. 9, 8 fin. De gen. an. 4, 4 med. De partt. anim. 1, 5 med. Polyb. 38, 4, 11. Eustath. ad Il. *Α* 109) nulla formari adverbia Buttmannus et Kruegerus docent. Compositum ἀποτυχόντως invenitur in lexicis auctore non addito. προλαβόντως legi Aesop. fab. 119. p. 65 extr. Cor.

IV.

A participio aoristi passivi formatum est ὁρισθέντως quod Kruegerus ex Exc. Vat. p. 457 Mai. excitat.

V.

ADVERBIA A PARTICIPIO PERFECTI ACTIVI DUCTA.

1) *a perfecto acappato.*

α) a verbis in -ω.

νενηφότως ἀνεῳγότως γεγηθότως εἰωθότως λεληθότως πεποιθότως ἀντιπεπονθότως κεχηνότως μεμηνότως περιγεγονότως ἀρα̃(η)ρότως ἐγρηγορότως.

β) a verbis in -μι eorumque analogiam sequentibus.

ἑσταότως nonnulli Hom. *Τ* 79 schol. et Eustathium secuti.
δεδιότως εἰδότως ἀσυνειδότως εἰκότως ἐοικότως οἰκότως ἀπεικότως ἀπεοικότως παρεοικότως προσεοικότως.

2) *a perfecto cappatico.*

α) a verbis in -ω.

πεφυκότως ἐκπεφυκότως ἐμπεφυκότως προσπεφυκότως ἀποδεδειλιακότως ἀπηρυθριακότως μεμελητηκότως τετολμηκότως συμβεβηκότως ὑπεραναβεβηκότως κεκμηκότως τεθαρρηκότως κατατεθαρρηκότως καταπεφρονηκότως συνηκολουθηκότως ἀπεσκληκότως ἀπεγνωκότως ἀναπεπτωκότως ὑποπεπτωκότως πεφροντικότως δεδοικότως.

β) a verbis in -μι.

ἑστηκότως Eustath. ad Od. μ 392.
καθεστηκότως Aristot. Pol. 8, 5.
συνεστηκότως Aristot. Pol. 8, 5.

VI.

ADVERBIA A PARTICIPIO PERFECTI PASSIVI (DEPON.) DUCTA.

α) a verbis in -ω.

μεμηνιμένως κεκωλυμένως λελυμένως ἀπολελυμένως διαλελυμένως ἐκλελυμένως βεβουλευμένως ἐπιτετηδευμένως ἐρρα-

στωνευμένως ἠγνευμένως κατ[αβ]εβλακευμένως καθημαξευμένως κεκινδυνευμένως ἀποκεκινδυνευμένως παρακεκινδυνευμένως πεπαιδευμένως πεπιστευμένως περιωδευμένως τεταμιευμένως παρηκουσμένως παραβεβυσμένως.

κεχυμένως διακεχυμένως ἐκκεχυμένως συγκεχυμένως ὑποσυγκεχυμένως ἐσσυμένως Hom. *ἐπεσσυμένως* Aret. p. 100.

ἀπηρτημένως ἠπατημένως μεμεριμνημένως μεμοιραμένως παρασεσιωπημένως παρωρμημένως πεπλανημένως πεφυσημένως σεσιγημένως συνεσπειραμένως τετεχνημένως διεσπασμένως κεκλασμένως κεχαλασμένως.

ἀπονενοημένως διηυκρινημένως διῃρημένως ἐξῃρημένως συνῃρημένως ἐρρᾳδιουργημένως ἐσκοπημένως ἠλληγορημένως ἠμελημένως ἀπημελημένως κατημελημένως παρημελημένως ἠσκημένως συνησκημένως καθωμιλημένως κεκακουργημένως κεκοσμημένως κεκρατημένως κεκροτημένως συγκεκροτημένως μεμαρτυρημένως μεμετρημένως συμμεμετρημένως μεμηχανημένως μεμισημένως πεποιημένως παραπεποιημένως προσπεποιημένως πεπονημένως διαπεπονημένως πεπορθημένως πεφρονημένως καταπεφρονημένως συμπεφρονημένως σεσοβημένως σεσυκοφαντημένως τεθεωρημένως τεθορυβημένως τεθρυλημένως τετηρημένως ἐπιτετηρημένως παρατετηρημένως συντετηρημένως ὡμολογημένως συνδεδεμένως συντετελεσμένως μεμελημένως μεταμεμελημένως ἠσθημένως συνῃσθημένως ἡμαρτημένως ἐξημαρτημένως ηὐξημένως παρευρημένως.

ἀποκεκληρωμένως ἐστενωμένως ἠκριβωμένως ἀπηκριβωμένως διηκριβωμένως ἐξηκριβωμένως κατηκριβωμένως ἡνωμένως συνηνωμένως ὑμερηνωμένως ἠτιμωμένως κατεγγυπωμένως κατεσκολιωμένως κεκυρωμένως κεχαριτωμένως μεμονωμένως πεπινωμένως πεπιστωμένως πεπληρωμένως πεπυκνωμένως. τετυφωμένως ὑπερηπλωμένως ὡσιωμένως.

κεκαλυμμένως ἀποκεκαλυμμένως ἐπικεκαλυμμένως παρακεκα-

λυμμένως περικεκαλυμμένως συγκεκαλυμμένως διειλημμένως συνειλημμένως περιειλημμένως συμπεριειλημμένως.

ἐσκεμμένως διεσκεμμένως ἐπεσκεμμένως κατεσκεμμένως περιεσκεμμένως προεσκεμμένως παρακεκομμένως περικεκομμένως συγκεκομμένως παρατετραμμένως.

ἀπερριμμένως διερριμμένως παρερριμμένως ἐστραμμένως ἀνεστραμμένως ἀντεστραμμένως διεστραμμένως ἐξεστραμμένως ἐπεστραμμένως κατεστραμμένως συνεστραμμένως περιεστραμμένως κεκρυμμένως ἀποκεκρυμμένως ἐπικεκρυμμένως περιγεγραμμένως τεθρυμμένως διατεθρυμμένως συνημμένως.

ἐνηλλαγμένως ἐξηλλαγμένως ἐπηλλαγμένως παρηλλαγμένως ὑπηλλαγμένως ἠγμένως παρηγμένως συνηγμένως ἠνιγμένως ἠπειγμένως κατηπειγμένως πεφραγμένως συμπεπνιγμένως τεταγμένως ἐκτεταγμένως ἐπιτεταγμένως κατατεταγμένως παρατεταγμένως συντεταγμένως ὑποτεταγμένως συνεσφιγμένως.

κεκηρυγμένως παραπεπλεγμένως περιπεπλεγμένως πεφυλαγμένως περιπεφυλαγμένως.

συνεπτυγμένως τεταραγμένως ἐπιτετειγμένως.

ἀπηρτισμένως βεβιασμένως εἰθισμένως ἐναπεσφραγισμένως ἐξειργασμένως ἐξητασμένως ἐπεσκιασμένως συνεσκιασμένως ἐρρυθμιασμένως ἐσπευσμένως ἐπεσπευσμένως κατεσπευσμένως ἐσπουδασμένως διεσπουδασμένως συνεσπουδασμένως ἐστοχασμένως ἐσχηματισμένως ἐφεισμένως διεφεισμένως κατεψευσμένως ἐψιμμυθισμένως ἡγιασμένως ἠδελφισμένως ἠθροισμένως ἠναγκασμένως κατηναγκασμένως ἡρμοσμένως προσηρμοσμένως συνηρμοσμένως ἠσφαλισμένως ηὐτοματισμένως καθωπλισμένως καταπεπυκασμένως κεκανονισμένως κεκολασμένως κεχαρισμένως κεχιασμένως κεχωρισμένως διακε-

χωρισμένως λελογισμένως ἐπιλελογισμένως παραλελογισμένως μεμερισμένως νενασμένως νενομισμένως πεπαρρησιασμένως πεπεισμένως πεπιεσμένως πεπλασμένως περιεπτισμένως πεφεισμένως πεφρασμένως περιπεφρασμένως πεφροντισμένως σεσοφισμένως σεσωφρονισμένως συνεσκευασμένως ὑποκεκορυσμένως ὡρισμένως ἀφωρισμένως διωρισμένως προωρισμένως.

ἐπισεσυρμένως παρασεσυρμένως ἐσπαρμένως ἐσφαλμένως διεσφαλμένως ἐφθαρμένως παρεφθαρμένως ἠρμένως μεμακρυσμένως μεμιασμένως πεπλατυσμένως πεπληθυσμένως πεπερασμένως περιεσταλμένως συνεσταλμένως ὑπεσταλμένως πεφασμένως ἀποπεφασμένως πεφυρμένως συμπεφυρμένως.

κεκριμένως διακεκριμένως παρακεκλιμένως ἀνατεταμένως διατεταμένως ἐκτεταμένως ἐντεταμένως ἐπιτεταμένως ἐπεκτεταμένως παρατεταμένως προτεταμένως συντεταμένως ἀναβεβλημένως καταβεβλημένως παραβεβλημένως περιβεβλημένως ὑπερβεβλημένως ἐπιτετμημένως κατατετμημένως συντετμημένως.

β) a verbis in -μι.

συντεθειμένως Pachymeres Declam.
ἀνειμένως Thuc. 2, 39. Xen. Cyr. 4, 5, 8. Isocr. Symm. p. 167 D.
παρειμένως Hesych.
ὑφειμένως Xen. An. 7, 7, 16.
ὑπανειμένως Diosc. 46.
ἐνδεδομένως Phot. Suid.
μεμιγμένως Schol. Aristoph. Ran. 401.
ἐπιμεμιγμένως Apollon. Lex. s. v. ἐπιμίξ, p. 288.
ἐγκαταμεμιγμένως Schol. Soph. OR. 95.
συμμεμιγμένως Schol. Nic. th. 877.
διεζευγμένως Justin. Mart. p. 401 B. Nicom. Ger. p. 140, 27.

συνεζευγμένως Schol. Aristoph. Av. 305.
ἐκπεπταμένως Xen. Cyr. 8, 7, 3.
κεκραμένως Plut. Mor. p. 335 A.
συγκεκραμένως Gloss.
κεκορεσμένως Et. M. p. 16, 42.
ἐρρωμένως Aesch. Prom. 65. Aristoph. Vesp. 230; saepissime in pedestri oratione.
ὑπερερρωμένως Poll. 4, 89. 5, 125.

Ab ἐρρωμένως formatur comparativus ἐρρωμενεστέρως et superlativus ἐρρωμενέστατα Plat. Rep. 3. p. 401 D, sicut a κεχαρισμένως descendit κεχαρισμενώτατα Xen. Hipp. 1, 1. Atque hinc transitus patet ad ea quae de adverbiorum comparatione quam vocant exponenda sunt.

§. 7. *De adverbiorum gradibus comparationis in -ως exeuntibus.*

I.

Quae adverbia comparationem graduum possint recipere, quae non possint, et qua ratione ex positivo et comparativus et superlativus proficiscantur apertum est legibusque de quibus nemo dubitat constitutum. Neque quisquam hodie in litteris Graecis adeo hospes est qui nesciat adverbia solere in comparativo et superlativo suam tanquam vestem exuere eorumque loco adjectivorum neutrorum accusativos pluralis numeri (— α) hic, illic ut in lingua Latina singularis (— ον) usurpari. Cf. Lascaris Gramm. p. 141.

II.

Licuisse autem Graecis quam in positivo terminationem eandem in comparativo quoque adverbiis tribuere, diu sive prorsus ignoratum sive parum animadversum videtur, donec P. Elmslejus, primus ni fallor, abhinc lustra undecim fere de hac licentia dubitare coepit. Is enim, quum in recensenda Euripidis illa fabula, quae Heraclidarum nomine inscripta est, ad versum 544 pervenisset, ubi sunt Iolai

verba: ἀλλ' ἢ γένοιτ' αν ἐνδικωτέρως, φράσω, in adverbiali illa forma ἐνδικωτέρως offendens ἐνδικώτερον non solum praeferendum putavit sed etiam in textum recepit: rarissime enim apud Atticos poetas adverbiorum comparativos in -ως terminari. Sed non ita multo post accidit ut aliter rem se habentem cognosceret. Namque, ut ipse dicit, plura quam putarat hujus formae apud Atticos scriptores invenerat. Itaque statim in iis, quae libro suo tunc emittendo addidit, ἐνδικώτερον pro ἐνδικωτέρως justo celerius se recepisse aperte confitentem hominem κριτικώτατον audimus. Ex paucis illis exemplis, quibus commotus est, ut suam ipse sententiam ultro retractaret, sex septemve indicata sunt ab „Atticista Anonymo“, reliqua novem sumpta a Thucydide et Antiphonte, quem Thucydidis magistrum fuisse nonnulli — in his etiam Elmslejus — opinantur [23]). His si addideris quae a Schoemanno ad Isaeum de Hagn. hered. §. 3 p. 459 collecta et quae a grammaticorum principibus Matthiaeo ²I. p. 507. §. 262, Buttmanno ²II. p. 345 sq. §. 115b, Kruegero I. p. 75. §. 23, 8 hospitaliter excepta et civitate donata sunt, satis persuasum tibi erit non jam esse, quod de comparativi formatione in -ως dubitetur. Neque ego dubito; sed, ut ingenue fatear, exemplorum ista paucitate non contentus racemationem quandam instituere operae pretium esse ducebam eo magis, quod certam aliquam legem a scriptoribus observatam investigari posse arbitrabar. Sed lucem quamvis sedulo ac strenue quaesitam non repperi. Fortassis doctiori alicui me et sagaciori continget, siquidem potest contingere, ut alter quidam Columbus existat. Quamquam non licet ingemiscere: nunc enim intellego ab optimis scriptoribus in iisdem adverbiis priorem rationem comparativam adeo saepe anteferri alteri, ut, qui hanc ubivis pro illa usurpari posse putet, probe erraverit.

En exempla adjectivorum generibus disposita:

---

23) Cf. Krüger Untersuchungen über das leben des Thucydides p. 34 sqq.

ἁβροτέρως Heliod. Aeth. 1, 17. p. 29 Cor.
ἀγροικοτέρως Plat. Pol. 2. p. 361 E. Xen. Comm. 3, 13, 1.
ἁδροτέρως Hippocr. Aphor. sect. 1. aphor. 7. p. 1243 C. 4, 9, p. 1249 C.
ἀθυμοτέρως non inveni apud Isaeum, unde citatum a Polluce 2, 230, sed ap. Isocr. or. 4. c. 33. §. 116. Aristot. h. a. 9, 40. p. 300. l. 1 Sylb.
ἀκαιροτέρως Hippocr. de morb. vulg. 1. p. 955 F.
ἀκολαστοτέρως Xen. Comm. 2, 1, 1. Aeneas Tact. 26. p. 79.
ἀπειροτέρως Isocr. or. 12. c. 13, §. 37, p. 240 C. Aristot. De respir. c. 1.
ἀτακτοτέρως Demetr. Phal. De eloc. c. 53.
βεβαιοτέρως Xen. Cyr. 2, 1, 13. Isocr. or. 8. 60, p. 171 C; cod. Paris. Isae. de Cleon. her. §. 18. Strabo 1. p. 23.
βιαιοτέρως Schol. ad Aristoph. Nub. 136, vol. 1. p. 189, 13 Dindorf.
βορειοτέρως Ptolemaeus in φάσεσιν ἀπλ. ἀστ. in Fabricii Bibl. Gr. v. 4. p. 427.
γελοιοτέρως Plat. Hipp. Maj. p. 293 C. Hippocr. p. 156.
γενναιοτέρως Plat. Theaet. p. 166 C.
δικαιοτέρως Isocr. de Antid. §. 181, p. 462 Bekk.
δυσριγοτέρως Aristot. p. 863, 2 Bekk.
ἐγκεντροτέρως Georg. Alex. vita Chr. t. 8, 243, 4.
ἐλαφροτέρως Aristox. Harm. p. 10 Meib.
ἐμπειροτέρως Aeschin. in Tim. p. 105, §. 82. Demosth. p. 1350.
ἐνδοξοτέρως Plut. de nobil. p. 193 (Wolf. Anecd. vol. 4.)
ἐπιδηλοτέρως Aristot. h. a. 8, 21 fin.
ἐπιπολαιοτέρως Origen. vol. 1. p. 122, 39.
ἐπιτηδειοτέρως Hippocr. p. 602, 38. Antiatt. Bekk. p. 92, 25.
ἐρυμνοτέρως Aristot. Pol. 7, 12,
ἑτοιμοτέρως Joseph. Antt. 15, 7, 8. Alex. Trall. 12. p. 237.
εὐαισθητοτέρως Plat. Rep. 7, p. 527 D.
εὐαρεστοτέρως Xen. Comm. 3, 5, 5, ubi legebatur εὐαρεσκοτέρως, cf. Lobeck. Phryn. p. 621.
εὐμνημονευτοτέρως vid. εὐμνημονεστέρως.

εὐτακτοτέρως Xen. Hipp. 3, 7.
εὐφωνοτέρως Dem. Phal. §. 267.
ἐχθροτέρως ἀντὶ τοῦ ἐχθρότερον, Θουκυδίδης: Antiatt. Bekk. p. 92, 24, sed locum non inveni; Demosth. p. 61, 26, ubi libri nonnulli minus bene ut videtur ἐχθρωδεστέρως.
θειοτέρως Herodot. 1, 122, 2.
ἰσχυροτέρως Herodot. 3, 129.
καινοτέρως Aristot. p. 308, 31.
κοινοτέρως Schol. Theocr. 1, 27. Theon ap. Walz. Rhett. Gr. vol. 1. p. 173, 2.
κομψοτέρως Isocr. or. 15 (de Antid.) §. 195. Bait. et Saupp. = p. 468 Bekk.
κουφοτέρως Arrian. Alex. An. 6, 26, 1. Callim. ap. Stob. Flor. 113, 6 (fr. 67.).
λαμπροτέρως Theod. Prodr. in Notitt. Mss. vol. 8. p. 154.
λειοτέρως Moschop. ad Demosth. Ol. 3. p. 72, 12.
λεπτοτέρως in Bekk. An. 106, 18 Atticista: Α· Ἀλεξανδρίδης Ὁπλομάχῳ.
μακροτέρως Aristot. Rhet. 3, 10. Hipp. p. 75 B; cum var. lect. — ω ap. Plat. Soph. p. 258 C.
μεγαλειοτέρως Xen. Hell. 4, 1, 9.
μοχθηροτέρως Plat. Rep. 1. p. 343 *E*. Strab. 8. p. 365.
οἰκειοτέρως Aristot. Categ. c. 7, p. 7, 16. Theophr. Caus. Plant. 6, 16, 1.
ὀχληροτέρως Hippocr. p. 955 *E*.
πεζοτέρως Tzetz. in Cram. An. vol. 3. p. 374, 29.
περιττοτέρως Jo. Clim. p. 11. Schol. Eur. Med. 500.
πιοτέρως Hippocr. p. 1243 *E*.
πλειοτέρως Bachm. Schol. Il. 1, 308, 35.
ποθεινοτέρως Xen. Rep. Lac. 1, 5.
πονηροτέρως Marc. Erem. p. 31.
πρᾳοτέρως ex Isaeo citatum ap. Stob. Flor. t. II. p. 306 Gaisf. Joseph. Ant. Jud. 17, 6, 4.
προχειροτέρως Plat. Alcib. II. p. 144 D.
πυκνοτέρως Lesbonax p. 186 Valck.
ῥαγδαιοτέρως Et. M. 807, 28.

ῥᾳθυμοτέρως Athen. 8. p. 360 *E.*
σεμνοτέρως Eustath. ad Il. 1004, 31.
σκληροτέρως Schol. ad Il. *O* 162 p. 416, 18 Bekk.
σπουδαιοτέρως Plut. Mor. t. 5. p. 963 Wytt. Tzetz. ad Hesiod. p. 14, 8 Gaisf.
συχνοτέρως Jo. Clim. Scal. c. 28. p. 438. Et. M. s. v. Περιφραδέως.
σφοδροτέρως Theophr. Caus. Plant. 5, 9, 13.
σχολαιοτέρως Diosc. Ther. Praef. fin. p. 422 *E.*
τελειοτέρως Schol. Il. *B* 350.
τρανοτέρως Athanas. vol. 2. p. 300. Doroth. Doctr. p. 821 *E.*
ὑγιεινοτέρως Xen. Rep. Lac. 2, 6. Aristot. De sens. c. 5.
ὑγροτέρως Xen. De re equ. 1, 6.
φανοτέρως Doroth. Doctr. p. 821 *E.*
φαυλοτέρως Plat. Legg. 9. p. 876 D.
φιλοτιμοτέρως Isocr. or. 9. c. 2. §. 5. p. 190. Strab. 1. p. 45. Schol. BL ad Il. *E* 449 p. 163. l. 49 Bekk.
ψυχροτέρως Epiphan. vol. 1. p. 382 *A.*

ἀγριωτέρως Plat. Euthyd. p. 285 *A.* Legg. 9. p. 867 D.
ἀλληγορικωτέρως Tzetz. Exeg. Hom. Il. p. 72; ad Lycophr. 167, 212, 363, ubi codd. -ρον.
ἀλλοκοτωτέρως Phryn. p. 28 correctum ex ἀλλοκοτέρως.
ἀναλογωτέρως Et. Gud. 423, 25.
ἁπαλωτέρως Hippocr. De articul. 31. t. 2. p. 788 Lind.
ἀπορωτέρως Isocr. or. 4. c. 31. §. 109. p. 63 C. Antiph. p. 121, 17.
γλαφυρωτέρως Aristot. de an. 1, 2, §. 12. p. 10 l. 20 Trendel.
γνωριμωτέρως Aristot. p. 1053, 14.
δωρικωτέρως Bachm. Schol. Il. 1, 686, 11.
ἐκτοπωτέρως Aristot. p. 989, 30.
ἐκτυπωτέρως Zonar. p. 681.
ἐνδικωτέρως Eur. Heracl. 544.
ἐπιπονωτέρως Hippocr. 2. p. 608.
ἐξεργαστικωτέρως Phurnut. Nat. Deor. c. 35, p. 236.
εὐκολωτέρως Agathem. Geogr. p. 207. Mauric. Strateg. p. 113.

εὐλογωτέρως Pollux 2, 119 affert ex Isocr. (or. 6. c. 9. §. 28. p. 121 C.)
εὐνοικωτέρως Pollux 2, 230 affert ex Demosth. (p. 1228, 14.)
εὐπορωτέρως Glossogr.
ἠθικωτέρως Tzetz. Hist. 2, 196.
ἡμερωτέρως Plat. Legg. 9. p. 867 D. Plut. Alex. c. 49. Euseb. v. Const. 1, 59.
ἠπιωτέρως Demosth. p. 1296, 7.
θαυμασιωτέρως Theod. Prod. in Notitt. Mss. vol. 6. p. 529.
ἰδιωτικωτέρως Tzetz. ad Lycophr. 373.
ἰδιωτέρως affertur ex Theophrasto, ubi non inveni.
ἱδρωτικωτέρως Aristot. Probl. 2, 40.
καθολικωτέρως Tzetz. ad Lycophr. 16.
καιριωτέρως Xen. Cyr. 4, 5, 49.
κυριωτέρως Aristot. Metaph. 8, 8, p. 1050, 6.
μαθηματικωτέρως Tzetz. Hist. 2, 195; ad Hes. Op. 596.
μαλακωτέρως Thuc. 8, 50, 3.
μαλθακωτέρως Plat. Soph. p. 230 *A*.
μετριωτέρως Aristot. h. a. 7, 9.
μουσικωτέρως Aristot. Rhet. 2, 22 haud proc. ab init. Spengel., recentissimus editor, „ex *A* cum Victorio dedit *μουσικωτέρους*, non adverbium *-ως*, quod Bekkerus scripsit et vulgatae rationi dicendi magis convenit; Aristoteles Euripidis ipsius verba (Hippolyt. v. 989) eorumque structuram reddere voluit.“ In vetusta autem translatione Latina (Speng. vol. 1. p. 282, 16) est: magis diserte.
μυθικωτέρως Schol. Lycophr. 18, 276.
νεαρωτέρως Isocr. or. 12. §. 229. (90) p. 280 C.
νεωτέρως Plat. Legg. 10. p. 907 D.
ὀδυρτικωτέρως Aristot. Pol. 8, c. 5.
παρανομωτέρως Andoc. p. 32, 8 a Reiskio restitutum, edd. vett. *-ρος*, codd. *-ώτατος*.
πειστικωτέρως Theophr. Metaph. c. 1.
πραγματικωτέρως Tzetz. Hist. 4, 377.
προνοητικωτέρως Phot. 465, 16.
προσεκτικωτέρως Anon. Prooem. ad Exc. Legat. p. 5, 3 Nieb.

σοφωτέρως Tzetz. Hist. 13, 434. Schol. Eur. Hec. 984 Matth.
στασιμωτέρως Plat. Tim. p. 55 *E.*
στενωτέρως Ms. inc. in Welckeri Mus. Rhen. 6, p. 167.
στοχαστικωτέρως Tzetz. Cram. An. vol. 4. p. 56, 11.
συνετωτέρως Jo. Chrys. In Joann. hom. 58, vol. 2. p. 792.
συντομωτέρως Isae. or. 11. (Hagn. her.) §. 3. p. 38, 11. Isocr. or. 4. c. 17. §. 64 „quamquam ibi Bekkerus edidit *συντομώτερον*, quemadmodum in or. de permut., ubi hic ipse locus repetitur, sine varietate scriptum est.“ Schoemann. ad Isae. p. 459.
συντονωτέρως Theophr. fr. 5. De vent. 58. Tzetz. Hist. 12, 342.
τροπικωτέρως Tzetz. ad Hesiod. Op. 97.
τυραννικωτέρως Const. Manass. Chron. 1878.
φανερωτέρως Aristot. Partt. anim. 2, 10. Zonar. p. 681.
φιλικωτέρως Marc. Erem. de poenit. p. 909 C.
φιλοσοφωτέρως Arist. de sens. c. 1.
φρονιμωτέρως Isocr. or. 13. c. 8. §. 15. p. 294 *B.* „Cod. Flor. in ejusdem or. de permut. p. 96 Orell.“ Schoemann. l. l.
φυσικωτέρως Tzetz. Hist. 4, 385. 5, 286.
χαλαρωτέρως Hippocr. 3, 110.
χαλεπωτέρως Thucyd. 2, 50, 1. 8, 40, 2. Dio C. 47, 5 init.
χρονιωτέρως Hippocr. t. 1. p. 264 Kühn (= p. 150 D).

ἰδιαιτέρως Theophr. Hist. Plant. 1, 13, 4. 14, 3.
ῥηϊτέρως Hippocr. p. 588, 23. p. 601, 10.

ὑπερτέρως Apollon. Lex. Hom. p. 158, 24 Bekk. Achmet. p. 217, 22.
ἐνδοτέρως Philopon. ad Aristot. Met. vol. 1. p. 214 Ideler.

ἁπλουστέρως Strab. 6. p. 255. p. 260. Alex. Trall. 12. p. 739. Eustath. Od. p. 1477, 11. Jo. Damasc. vol. 1. p. 108 *B.*
προνουστέρως ἀντὶ τοῦ προνοητικωτέρως Photius citat ex Soph. Ai. 119, ubi (recte, ut ait Elmlej. Eur. Heracl. v. 544) vulgo legitur *-ρος*. cf. Lobeck.
ἐρρωμενεστέρως Isocr. de antid. p. 408 Bekk., or. 2, c. 4.

§. 14, p. 17 D. or. 4. c. 43. §. 163 et c. 45, §. 172. Xen. Hell. 3, 5, 14. De re equ. 7, 5.

ἀληθεστέρως Plat. Rep. p. 347 *E*. p. 585 *E*. Bekk. An. 78, 23: ἀλ. *Πλάτων τρίτῳ* (scrib. *πρώτῳ*) *πολιτείας*.
ἀμαθεστέρως Schol. Xen. An. 1, 5, 6.
ἀσθενεστέρως Plat. Phaedr. p. 255 *E*.
ἀσφαλεστέρως Thuc. 4, 71, 2. Hippocr. p. 100 C. p. 782 G.
δυσπετεστέρως Hippocr. p. 456, 22.
ἐκτενεστέρως L. Dindorf. scribi jubet Macar. Homil. 29, p. 172 *A* pro ἐκπονεστέρως.
ἐλλιπεστέρως Joseph. Ant. 19, 1, 7.
ἐμμελεστέρως Plat. Phaedr. p. 278 D.
ἐνδεεστέρως Thuc. 2, 35, 2. 4, 39, 2. Plat. Alcib. II. p. 149 *A*. Phaed. p. 74 *E*. p. 75 *A*. Epist. 4. p. 321 *B*. Xen. Rep. Lac. 2, 5. Isocr. or. 16, 35 p. 354. Aeschin. c. Ctes. 260. Demosth. p. 162, 3. Hippocr. de art. p. 821 *A*.
ἐντελεστέρως Mauric. Strateg. p. 96.
ἐντρανεστέρως Theod. Prodr. 4. p. 157.
ἐντρεχεστέρως Anon. in Cram. An. vol. 3. p. 188, 30.
ἐπικυδεστέρως Polyb. 5, 23, 2.
ἐπιμελεστέρως Athen. 14. p. 629 *B*.
ἐπισπερχεστέρως Aen. Comm. Poliorc. 26 (p. 81 Or.).
εὐλαβεστέρως Eur. IT. 1375.
εὐμενεστέρως Isocr. or. 4. c. 12. §. 43. p. 49 *B*. Dionys. H. A. rh. c. 5, 1.
εὐπετεστέρως Herodot. 3, 143. Hippocr. p. 52, 15. p. 456, 22.
εὐπρεπεστέρως Glossogr.
εὐσεβεστέρως Marc. Eremit. p. 73.
εὐτελεστέρως Glossogr.
ἐχθρωδεστέρως vid. ἐχθροτέρως.
ἠρεμεστέρως Xen. Cyr. 3, 1, 30.
καινοπρεπεστέρως Aristot. Met. 1, 8.
καταδεεστέρως Bekk. An. 103, 17 Atticista: *Ἰσοκράτης περὶ Ἀντιδόσεως*, in qua oratione non inveni; una autem cum ἀπειροτέρως legitur in ejusdem or. 12 (Panath.)

c. 13. §. 37. p. 240 C (cf. §. 137. p. 261 *B*). Demosth. p. 1182 fin.
κεφαλαιωδεστέρως Tzetz. schol. in Hermog. in Cram. An. vol. 4. p. 100, 1.
λιπαρεστέρως Nic. Chon. 11, 7.
προπετεστέρως Cinnam. 179, 1.
προσηνεστέρως Polyb. Exc. Vat. p. 456.
σαφεστέρως Antiph. p. 121 sub fin. Theophr. Metaph. c. 1.
συνεχεστέρως Schol. Lycophr. 365. Hippiatr. p. 160, 16.
ὑδαρεστέρως Moschion De mulierum passionibus p. 26, 21. ed. F. O. Dewez. Viennae 1793.
ὑποδεεστέρως Thuc. 8, 87, 4. Antiph. p. 128, 34.

ἀφρονεστέρως Plat. Lach. p. 193 C.
σωφρονεστέρως Eur. IA. 379 ex Stobaeo reposuit Markland. pro -*ρος*.
φιλοφρονεστέρως Xen. Symp. 1, 10.
εὐμνημονεστέρως Xen. Ag. 11, 1, ubi nonnulli de hac forma injuria dubitantes *εὐμνημονευτοτέρως* scripserunt.

χαριεστέρως Tzetz. Exeg. 36, 1. Apud Aristotelem extare lexica docent, sed non inveni.

ἀμβλυτέρως Joseph. Ant. Jud. 19, 2, 5.
βαθυτέρως Georg. Metrop. Combef. Auct. Patr. vol. 1. p. 1766 C.
βαρυτέρως III Maccab. 3, 1.
βραδυτέρως Aen. Poliorc. 1677, 2.
βραχυτέρως Sext. disput. antiscept. c. 4 in Fabr. Bibl. Gr. vol. 12. p. 630.
εὐρυτέρως Aristoph. Lys. 419.
θηλυτέρως Arsen. Viol. 221.
ὀξυτέρως Bekk. An. 755, 32. Hippocr. p. 1096 F.
παχυτέρως Plat. Pol. p. 295 A. Job. in Photii Bibl. p. 193, 19.
πλατυτέρως Tzetz. ad Lycophr. 177, 513, 517, 540, 1003.

πρεσβυτέρως Plat. Rep. 8. p. 548 C.
τραχυτέρως Plat. Clitoph. p. 406 D.

ἀμεινόνως Bekkeri Antiatticista p. 78, 24 affert ex Aristophanis Thesmophor., ubi frustra quaesivi.
βελτιόνως Plat. Rep. 6. p. 484 A. Alcib. I. p. 127. Hippocr. p. 590. Et. M.
ἐλασσόνως Antiph. p. 128, 36. Plat. Legg. 9. p. 867 B. Hippocr. de vict. rat. 1. p. 352, 23. Schol. Soph. OC. 104.
ἐχθιόνως Xen. Symp. 4, 3.
ἡσσόνως Joseph. Ant. 19, 1, 15.
καλλιόνως Plat. Theaet. p. 169 E. Legg. 2. p. 660 D.
κρεισσόνως Antiph. p. 128, 39. Orig. C. Cels. 6. p. 228. Eustath. p. 107, 22. Philop. De creat. p. 176, 7.
μασσόνως conjecit Elmslejus Aesch. Prom. 630 ubi „libri μᾶσσον ὡς ἐμοὶ γλυκύ. Elmslejus μασσόνως ἢ 'μοι γλ., elegante et valde probabili conjectura, licet eam ipse ad Heracl. 544 non magni se facere dixerit.“ G. Hermann. Aesch. [2]II. p. 113.
μειζόνως Antiatt. p. 107, 26. — Thuc. 1, 130, 1. 4, 19, 3. 6, 27, 3. — Isocr. or. 9. 21. or. 11. 24. or. 15, 39. — Plat. Rep. 4. p. 422 E. 6. p. 509 A. Tim. p. 48 E. Criti. p. 106 C. Crat. p. 407 B. Legg. 3. p. 693 E. 5. p. 740 A. 7. p. 789 B. p. 797 D. 9. p. 867 B. 11. p. 930 A. Epist. 6. p. 322 E. — Xen. Cyn. 13, 3. — Polyb. 3, 86, 7. 3, 103, 1. — Pausan. 10, 21, 4. — Eur. Hec. 1121. Rhes. 849 et alii. — μεζόνως „non raro ap. Herodotum“ Elmslej. Eur. Heracl. 544.
μειόνως Soph. OC. 104.
πλειόνως Joseph. Ant. 17, 1, 1. Aeneas Tact. c. 7. Pollux 4, 164. Phot. p. 433, 7. — πλεόνως Herodot. 3, 34. 5, 18 Abicht., alii πλεύνως. Nicet. Chon. 175, 17. 210, 14.
ῥαόνως cf. Lobeck. ad Phryn. p. 403 e Nicet. Chon. Hist. 7, 1, p. 114 C et 8, p. 133 A afferens.

χειρόνως Joseph. Ant. 17, 9, 5. Liban. p. 82. Suid. s. v. *Ἄβελ*.

Atque ex his adverbiis quae ab optimis vel clarissimis scriptoribus usurpata sunt, indiculus ostendat hic:

Herodotus usus est: *θειοτέρως ἰσχυροτέρως εὐπετεστέρως μεζόνως πλεόνως*,
Thucydides: *ἐχθροτέρως*? *μαλακωτέρως χαλεπωτέρως ἀσφαλεστέρως ἐνδεεστέρως ὑποδεεστέρως μειζόνως*,
Xenophon, in cujus Anabasi ne unum quidem exemplum inveni: *ἀγροικοτέρως ἀκολαστοτέρως βεβαιοτέρως εὐαρεστοτέρως εὐτακτοτέρως μεγαλειοτέρως ποθεινοτέρως ὑγιεινοτέρως ὑγροτέρως καιριωτέρως ἐρρωμενεστέρως ἐνδεεστέρως ἠρεμεστέρως εὐμνημονεστέρως φιλοφρονεστέρως ἐχθιόνως μειζόνως*,
Plato: *ἀγροικοτέρως γελοιοτέρως γενναιοτέρως εὐαισθητοτέρως μακροτέρως μοχθηροτέρως προχειροτέρως φαυλοτέρως ἀγριωτέρως ἡμερωτέρως μαλθακωτέρως νεωτέρως στασιμωτέρως ἀληθεστέρως ἀσθενεστέρως ἐμμελεστέρως ἐνδεεστέρως ἀφρονεστέρως παχυτέρως πρεσβυτέρως τραχυτέρως βελτιόνως ἐλασσόνως ἐχθιόνως καλλιόνως*,
Antiphon: *ἀπορωτέρως σαφεστέρως ὑποδεεστέρως ἐλαττόνως κρεισσόνως*,
Andocides: *παρανομωτέρως*,
Isocrates: *ἀθυμοτέρως ἀπειροτέρως βεβαιοτέρως δικαιοτέρως κομψοτέρως περιττοτέρως φιλοτιμοτέρως ἀπορωτέρως εὐλογωτέρως νεαρωτέρως συντομωτέρως φρονιμωτέρως ἐρρωμενεστέρως ἐνδεεστέρως εὐμενεστέρως καταδεεστέρως μειζόνως*,
Isaeus: *ἀθυμοτέρως*? *συντομωτέρως*,
Demosthenes: *ἐμπειροτέρως ἐχθροτέρως εὐνοικωτέρως ἠπιωτέρως ἐνδεεστέρως καταδεεστέρως*,
Aeschines: *ἐμπειροτέρως ἐνδεεστέρως*,
Aeschylus: *μασσόνως*?,
Sophocles: *προνουστέρως μειόνως*,

Euripides: ἐνδικωτέρως εὐλαβεστέρως σωφρονεστέρως μειζόνως,
Aristophanes: εὐρυτέρως ἀμεινόνως,
Callimachus: κουφοτέρως.

Haec de singulari isto adverbiorum comparativo. Progredi ad superlativum licet.

III.

Superlativa quoque adverbia in -ως desinentia reperiri jam et alii monuerunt et ego supra indicavi. Sed quod comparativis, idem his accidit. Quum enim apud seriores scriptores pauca, apud Atticos autem unum tantum hujus generis ξυντομωτάτως Soph. OC. 1579 exstare animadversum esset, voces audiri coeptae sunt clamitantium Sophocleum illud esse explodendum. Explosit Elmslejus, repudiavit Reisigius [24]), rejecit Buttmannus [25]), salutem omnes aut ab scholiasta, apud quem legitur ξυντομώτατος. ἀντὶ τοῦ συντόμως, aut aliunde petentes.

At vero sunt qui adversentur. Refragatur enim Reisigio dubitanti Ellendtius [26]), vehementissime invehitur in Elmslejum G. Hermannus temeritatem illam ei exprobrans et audaciam, qua in adverbia comparativa primum saevierit, paullo post autem intellecto errore valde doluerit; patrocinari videtur Lobeckius [27]) potius adversus Hippocrateum ἱκανωτάτως (p. 12. Lind.) arma sumenda esse ratus; non invident denique scholiastae illius virtuti ac sapientiae nuperi Sophoclis editores Dindorfius Bergkius Schneidewinus Nauckius alii, qui ξυντομωτάτως intactum reliquerunt. Neque ego, postquam tot tamque illustres defensores exstiterunt, adverbium illud tanquam sanctissimum Atticorum μονῆρες, quod serioribus quasi exemplar fuit, habere desi-

24) Comm. crit. p. 389.
25) Gramm. II. p. 346 Adn.
26) Lex. Soph. t. II. p. 770 s. v. συντόμως.
27) Buttm. Gramm l. l.

nam, donec quis aut damnandum id esse argumentis gravissimis allatis mihi persuaserit aut plura apud Atticos invenerit. Repperi quidem in onomastico Polydeuceo 3, 63 προσφιλεστάτως; id autem quoniam apud Isocratem, quem Pollux hujus vocis auctorem nuncupat, summo studio adhibito frustra quaesivi, non magni fecerim. Neque intercedam, si quis de δυστανοτάτως sive δυστηνοτάτως, quod apud Euripidem (Suppl. 967) a Reiskio et Marklando pro librorum δυστηνότατος scriptum multisque probatum est, similiter judicandum existimet. At esto apud omnes honos Sophocleo illi ξυντομωτάτως, quod jam ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς erat ut foede interiret.

Jam quae repperi apud seriores eodem ordine quo supra usus sum describam.

ἀκροτάτως Aelian. h. a. 16, 11. Epiphan. Haer. s. 57. p. 481 D.
ἀνοητοτάτως Cyrill. C. Theodoret. vol. 6. part. 1. p. 217 C.
ἀτακτοτάτως Buttmannus affert ex Hephaestione.
δικαιοτάτως Aelian. h. a. 5, 30.
ἐπιδηλοτάτως Aristot. de gen. an. 1, 23.
ἐπικαιροτάτως Cinnam. p. 169, 4.
εὐψυχοτάτως L. Dindorfius restituit ex εὐτυχωτάτως Diodor. Exc. Vat. p. 57. ed. Mai.
θαυμαστοτάτως Theodos. Alex. 125, 6.
λεπτοτάτως Schol. Theocr. 1. p. 71.
λυγροτάτως Schol. Soph. p. 105 Elmsl.
πεζοτάτως Hermias In Plat. Phaedr. p. 145.
πραοτάτως Hesych. s. v. ἠπιωτάτως.
σφοδροτάτως Theod. Stud. p. 45 B.
φαιδροτάτως Amphiloch. p. 99.
ὠμοτάτως Nic. Chon. 83, 20.

ἀδοκιμωτάτως Abreschius scribendum censuit pro Phrynichi (p. 421) ἀδοκιμωτάτῳ, „non perspecto Phrynichi usu.“ Lobeck. p. 422.

γλαφυρωτάτως Tzetz. Chil. 6, 40.
εὐκολωτάτως Glossogr.
ἠπιωτάτως Hesych.
καρτερωτάτως Theod. Prodromus Galeom. 213.
μυθικωτάτως Tzetz. Hist. 2, 671.
τεχνικωτάτως Tzetz. Hist. 11, 709.
φυσικωτάτως Basil. Magn. t. 1. p. 790 C.

ὑπερτάτως Dionys. Areopag. p. 27, 28.
ὑστάτως Hippiatr. p. 69, 19.

ἁπλουστάτως Tzetz. Schol. in Hermog. Cramer. An. 4. p. 51, 3.

ἀκριβεστάτως Ex Procl. Praef. ad Schol. Hesiod. affert Buttmannus. — Tzetz. Interpret. Alleg. Hom. init.
ἀμαθεστάτως Io. Malalas p. 76, 4.
ἀπρεπεστάτως Tzetz. Hist. 8, 812.
ἐπιμελεστάτως Marcian. Heracl. v. 728.
εὐμενεστάτως Schol. B. Hom. Il. Α 138. Io. Damasc. Ep. ad Theoph. De imagg. p. 142.
εὐφυεστάτως Tzetz. Hist. 8, 119.
μεγαλοπρεπεστάτως Tzetz. Hist. 3, 974.
προσφυεστάτως Tzetz. Hist. 8, 762. 9, 734.
σαφεστάτως Tzetz. Hist. 6, 874. 8, 872. 9, 713. 10, 550. Agathem. Geogr. p. 196.

χαριεστάτως Leont. Neapol. Vita Sym. Sali Actt. SS. Julii t. 1. p. 143 B.

βαθυτάτως Jacobs. conjec. ad Aelian. h. a. 14, 14.
βραχυτάτως Glossogr.
ἡδυτάτως Schol. Aristoph. Av. 1381. Et. Gud. 12, 11.
θρασυτάτως libri nonnulli ap. Diodor. 17, 44 pro -τατα.
ὀξυτάτως Ephraem. Syr. vol. 3. p. 2 C.
πλατυτάτως Tzetz. Hist. 12, 891.
ταχυτάτως Glossogr.

αἰσχίστως Maneth. 1, 21. Mnasalcas Sicyon. in Epigr. ap. Athen. 4, 163 A. — Apud Pollucem 5, 127 Dindorfius librorum *ἐπαισχίστως* (vel *ἐπαίσχρως*) correxit in *ἐπαισχῶς*.

ἀρίστως Anon. Vit. Pythag. p. 60 Kust. Jambl. Myst. p. 78, 17. Niceph. Call. H. E. 1. p. 23 A. Hieracosoph. p. 122.

ἐλαχίστως Hippocr. Praecept. p. 26, 22.

ἐχθίστως S. Gregentius fol. 137, a.

κακίστως vulgo Pollux 5, 118, ubi Bekkerus *κακιστικῶς*. — Aesop. Fab. 57, 310.

καλλίστως Hesych. s. v. *ἐξόχως*. Alex. Trall. p. 431, 476, 509. Bachm. An. 1, 425, 12. Tzetz. Hist. 9, 676. Glossator Aristaen. 1, 1 p. 104.

μεγίστως Aristeas Hist. LXX intt. p. 105 D. Gl. Soph. OC. 700. Ex Schol. Aristoph. Av. 427 (1. p. 436 Dind.) Buttmannus affert.

οἰκτίστως Phalaridi tribuitur.

οἰκτιστάτως Aelian. h. a. 14, 7.

ὀλιγίστως adespot. in lexicis.

πλείστως Galen. vol. 9. p. 375.

ῥᾴστως Bekk. An. p. 243, 24.

χειρίστως Nic. Chon. 336. II Maccab. 7, 39.

CAPUT III.

DE ADVERBIIS ACCUSATIVI FORMA PRAEDITIS.

§. 1. *De adverbiis in -δην, -δον, -δα.*

I.

Jam Jac. Grimmius in Gramm. Germ. II. p. 239, ubi de adverbiis verbalibus disserens priscae linguae Germanicae adverbia in - ûn desinentia, veluti stulingûn halingûn, quum sint feminini accusativi sing. num., Latinorum adverbiis in - tim, - im cadentibus [28]) comparat, videri dicit neque opus plenum periculosae aleae Graecorum quoque adverbia in - *δην* huc referre, neque incredibile in vocibus quales sint

28) Vid. Corssen Kritische beiträge zur latein. formenlehre. Neue Formenlehre der latein. sprache II. p. 506 sqq. Quod Boppius quondam putabat Latinorum adverbia in -im cadentia cognata esse superlativis in -timus, -simus, ipse ultro reiciens in libro anno 1832 emisso Ueber den einfluss der pronomina auf wortbildung p. 24 (cf. Gramm. ²III. p. 243) adverbiales accusativos ad abstracta intermortua spectantes esse dicit. Primarium illud suffixum -ti -(nonnunquam mutatum in -si, cf. **θαυματ-ιο-ς* = *θαυμάσ-ιο-ς*, **ἀναισθητ-ια* = *ἀναισθησ-ία*, **ἔπετ-ο-ν* = *ἔπεσ-ο-ν*, Dor. *φαντί* = *φασί*, alia) omnibus linguis Indogermanicis commune (cf. Sanscr. júk-ti-s = Graec. *ζευγ-τι-ς* = *ζευκ-τι-ς* = *ζευκ-σι-ς* = *ζεῦξις* = Lat. junc-tio) conjungi cum thematibus verbalibus sive vivis sive defunctis, rarius cum nominibus, ita tamen ut euphoniae legum ratio sit habita. In magna persuadendi arte, qua Boppius pollet, non facile aliquam *πειθανάγκην* agnoscas. Veram esse ejus sententiam jam agnoverunt Curtius et Corssenus, par nobile philologorum. — Pottius quid de hoc vocabulorum genere judicet, equidem nescio; cum enim ejus '*μέγα βιβλίον*' indicibus adhuc careat, mirum quantum et diligentiae et temporis ad indagandum id quod petitur opus est.

ἀναφανδὸν et κρυφανδὸν accusativos masculini (potius neutri) generis inesse. Quae sententia quamvis a Lobeckio[29]) acerrime impugnetur, tamen ei et sunt et erunt adstipulatores promptissimi, quoniam verior ac firmior est quam cui possint voces adversantium licet clarissimae nocere. Errore enim inveterato et temerario ducuntur qui flagitant, ut cujusvis sive nominis sive verbi partes et formae ad unam omnes in usu sint ac tritae. Qua ratione quo perventum sit, documento est, ut ex sexcentis exemplum unum commemorem, verbum τύπτω, a quo formas fictas esse constat, quas qui ferat duro stomacho sit oportet, ut vel saxa concoquere possit. Nobis igitur adverbia de quibus agimus accusativi sunt adjectivorum, quorum reliqui casus antiquissimis jam temporibus interisse putandi sunt, ita ut, quae in -δην cadunt, ad femininum, quae in -δον, ad neutrum singularis numeri spectent, quae denique in -δα, ad neutrum pluralis. Hoc ita esse reapse inter omnes, quod sciam, qui Grimmii vestigiis ingressi huic rei operam dederunt, hodie constat, quamquam de suffixi -δο origine et significatione controversia est.

De his adverbiis a Leone Meyero disputatum esse plane me fugisset, nisi ex Pottii Corsseni Curtii libris comperissem ejus de suffixo illo praecepta nullo modo probari posse. Quamquam valde doleo, quod mihi homini in scholae angulo delitescenti ut multorum aliorum sic Meyeri Kuhnii Hoeferi librorum syllogarumve copia negata est: quod omnino, quaeso, hujus scriptiunculae arbitri qua sunt humanitate meminerint, si multa in ea prave aut minus accurate disputata et explicata esse videantur[30]).

Meyerianae sententiae reprehensores quid de suffixo illo statuerint, non indicabo nisi brevissime. Ac primum quidem Pottius duas vias patere dicit, quibus quale sit in-

---

29) Paralipomena 1. p. 152 sqq.

30) Scripta haec erant, cum G. Curtius sua sponte — tanta est viri egregii humanitas et comitas — non solum libros istos verum etiam alios mihi misit. Legi igitur quae Leo Meyerus in libro suo Vergleich. grammatik II. p. 359 sqq. et p. 533 sqq. et in Kuhn. Z. f. sprachforsch. VI.

tellegatur: altera revocandum id esse ad ἰδ-εῖν [31]), altera ad radicem Sanscr. dhâ-, Graec. ϑε- (ϑεῖ-ναι) [32]). Hoc posterius autem fieri non posse cum Sanscritum dh in Graecum ϑ (minime δ) abire necesse sit, jam animadversum video a Corsseno [33]), qui, quamquam priori illi Pottii sententiae aliquid fidei tribuendum esse censet, tamen ipse [34]) satius esse ducit omnia illa adverbia cum Latinorum adjectivis in -dus conferri, quorum suffixum in radice dā- „geben (thun)“ positum sit, ita ut quemadmodum *frigidus* „kälte gebend“, ita στοιχη-δόν „reihe gebend“ significet. Curtius denique [35]) δ ex *j* repetens -δο cognatum arbitratur Sanscrito suffixo -ja ad gerundium pertinenti; cui quidem opinioni non mediocris, opinor, commendatio ex eo accedit, quod qui eam secutus erit alia quoque his simillima optime, ut postea apparebit, perspicere potest.

Sed ut ut res haec sese habet, ex omnibus quae prolata sunt elucet eam esse difficillimam dijudicatu. Quod enim fieri solet, ut, quo quid diligentius examinetur, eo magis difficultates, si quae latuerint, emineant atque appareant, id hic quoque accidit.

Technicorum veterum de horum vocabulorum derivatione praecepta saepissime aut inutilia prorsus aut adeo futilia esse satis nunc erit monuisse. — De accentibus vid. Goettlingii librum p. 338 sq. et p. 342 sq.

Jam vero quae adverbiorum in -δην, -δον, -δα repperi exempla certo quodam digeram ordine, qui qualis sit ex ipso indice apparebit.

---

p. 287—300 et in Benfey. Orient und Occident II. p. 603 de adverbiis illis disseruit; sed non potui a me impetrare ut cum viro sagacissimo facerem: opinionibus enim magis quam argumentis quae de suffixi origine commentus est nituntur. — Bassii De adverbiis in -δην cadentibus dissertatio Regimont. Bor. 1849 nomine tantum mihi nota est.

31) Etymolog. forschungen ²II. p. 882.

32) Etym. forsch. ²II. p. 497.

33) Krit. beiträge p. 141. Krit. nachtr. p. 141 sq.

34) Krit. beiträge p. 105.

35) Etymol. ²570.

II.

SUFFIXUM -δην ACCEDIT

I. *ad themata verbalia*

A. sine interventu vocalis

1) ad themata in consonam desinentia

a. ad themata verborum liquidorum:

ἀέρδην Aesch. Ag. 234.
ἄρδην Aesch. Prom. 1051. Soph. Ant. 430. Ai. 1280. Eur. Alc. 611.
μεσοφέρδην Hesych. Phot.
σύρδην Aesch. Pers. 54. Eur. Rhes. 58.
φύρδην Aesch. Pers. 798. Xen. Cyr. 7, 1, 37. Polyb. 16, 8, 9. 30, 14, 6. Plut. Sull. 18. Alex. 16. Opp. hal. 1, 483. Anth. 7, 531. Alciphr. 1, 23, p. 92. Pollux 6, 175. Suid. 1, 602.
παμφύρδην Opp. hal. 2, 548, al. *παμφύγδην*.
συμφύρδην Nic. ther. 110.
διαφάνδην Poll. 6, 208, ubi cod. *διαφάδην*, Bekkerus *ἀναφανδόν*.
ἐκφάνδην Philostr. v. Ap. 7, 20. Hesych.

b. ad themata verborum mutorum

aa. labialia:

γράβδην Eustath. Il. p. 852, 8. Et. M. p. 781, 27.
ἐπιγράβδην Hom. Il. Φ 166.
κλέβδην Bekk. An. p. 611, 27. Et. M. p. 103, 13.
κρύβδην, Dor. *-αν* Hom. Od. λ 454. π 153. Pind. Pyth. 3, 25. Theocr. 4, 3. Aristoph. Vesp. 1013. Plat. Legg. 6. p. 766 B. Lys. or. 6. §. 53. or. 15. §. 10. Lycurg. c. Leocr. c. 37. §. 146.
κατακρύβδην Ptol. tetrab. p. 64, 24.

λείβδην Et. M. p. 781, 26.
ὄβδην Bekk. An. p. 611, 28. p. 942, 5. cf. Lobeck. Parall. p. 255.
ἐσόβδην Bekk. An. p. 942, 7, ubi cit. Callimachus.
συλλήβδην Theogn. 147. Aesch. Prom. 505. Aristoph. Vesp. 657. Aesch. c. Ctes. p. 276 fin. Lys. or. 13. §. 4. Isocr. or. 3. c. 3. §. 9. p. 28 B.; antid. §. 257. or. 4. c. 6. §. 29. p. 46 C. Xen. Oec. 19, 14. Plat. Parm. p. 166 B. Prot. p. 325 C. Hesych. s. v. κατακλήδην.
[ὑποβλέβδην quod nusquam occurrit Passovius conjecit h. Hom. Merc. 415.]
ῥοίβδην Phot. p. 491, 2.
ἐπιρροίβδην Eur. Herc. fur. 860.

bb. gutturalia:

ἄγδην Luc. Lexiph. c. 10.
ἀΐγδην Ap. Rh. Β 828 Merk.
διαΐγδην citatur ex Oppiano.
ἐπαΐγδην Opp. hal. 1, 495. 2, 616. 4, 673.
καταΐγδην Ap. Rh. Α 64. Orph. Arg. 1180. lith. 502.
μεταΐγδην Ap. Rh. Α 95.
συναΐγδην Hes. sc. 189.
προκαταΐγδην Ap. Rh. Β 298.
ἀράγδην Luc. Lexiph. c. 5.
ἁρπάγδην Ap. Rh. Α 1017. Δ 874. Opp. hal. 2, 567. 3, 219.
ἀναρπάγδην Ap. Rh. Δ 577. 1230.
βρύγδην Anth. 9, 14.
δράγδην Qu. Sm. 13, 91. Plut. mor. p. 418 E.
ἐκπλήγδην Suid.
ἐμπλήγδην Hom. Od. υ 132.
συμπλήγδην Theocr. 24, 55.
παμπλήγδην Suid.
ἑλίγδην Aesch. Prom. 882.
ἐναλλάγδην Maneth. 4, 181.
καταλλάγδην Hesych.

ἐπιλέγδην Eustath. Il. p. 955, 8 ad *N* 689. p. 1036, 54 ad *O* 680.
συλλέγδην Georg. Acropolit. Hist. p. 93 A.
λάγδην Soph. fr. 606 Dind.
λίγδην Hom. Od. χ 278.
ἐπιλίγδην Hom. Il. *P* 599.
λύγδην Soph. OC. 1621. Anth. 5, 48, 3.
μίγδην hymn. Merc. 494. Ap. Rh. *Γ* 1380. Nic. al. 179. 385. th. 932.
σμίγδην var. lect. pro μίγδην ap. Paul. Sil. therm. Pyth. 158.
ἀμμίγδην Nic. th. 912. 93.
ἀναμίγδην in lexicis adespotum.
συμμίγδην Nic. th. 677. Man. 4, 266.
νύγδην Bekk. An. p. 611, 30.
ὀρέγδην Schol. Il. *B* 543.
περιπλίγδην Hesych.
πλέγδην Opp. hal. 2, 317. Anth. Pl. 196. Herodian. π. μ. λ. p. 28, 6.
ἐμπλέγδην Nicomach. arithm. 2, p. 153 Ast.
περιπλέγδην Opp. hal. 2, 376. 4, 152. Nonn. dion. 2, 271.
συμπλέγδην Nonn. dion. 10, 158.
ἀμφιπεριπλέγδην Anth. Pl. 5, 276, 6. Nonn. dion. 36, 360.
ποιφύγδην Nic. th. 371.
ῥάγδην Plut. mor. p. 418 E.
σπέργδην Hesych.
στάγδην Hipp. p. 1174 H. Aretae. p. 12, 2.
φράγδην Hom. fr. 142 Ern.
φύγδην Nic. th. 21.
παμφύγδην Opp. hal. 2, 548 c. var. lect. παμφύρδην.
σπερχυλάγδην, quod in cod. Hesych. est, correctum est in σπερχυλλάδην κέκραγας (Com. CCCLXXXVII). ἀγανακτήσας ὑλακτεῖς ἄγαν, παρὰ τὸ σπέρχεσθαι.

cc. dentalia charactere interempto:

ἐμπελάδην Nic. al. 215.
περισταλάδην cf. περιστολάδην.

χάδην Hippocr. p. 234, 46.
ἀνεπιχάδην Hesych.
Huc referatur ἐπισπάδην Hippocr. p. 546, 23.

2) ad themata in vocalem desinentia

a. ad themata a quibus tempus praesens formatur:

ἐπιψαύδην Schol. Il. *P* 599. Suid.
μεταπορεύδην Hesych.

b. ad themata quae vocantur radices

α. mutationem nullam passa

aa. organica characteris productione omissa:

σύδην Aesch. Pers. 480.
ῥύδην Cratin. ap. Suid. s. v. Plut. Sull. 21. Lucull. 39. Caes. 29. Cleom. 21. Brut. 50. mor. p. 318 A. „Quod Pollux 6, 175 non ob aliam causam improbare potuit quam quia poeticum est.“ Lobeck. Pathol. 1. p. 408. — De ῥύβδην Hippon. fr. 34, quod Bergkius pro ῥύδην scripsit, vid. Curtius Etym. [2]572.
διαρρύδαν Aesch. Choeph. 67. cf. Lobeck. Parall. p. 156.
χύδην, Dor. -αν Anth. 9, 316, 8. Anth. Pl. 308, 1. Xen. Hipp. 1, 16. Plat. Phaedr. p. 264 B. Legg. 7. p. 811 D. 9. p. 858 B. Isocr. or. 12. 24 p. 238.
καταχύδην Anacr. fr. 90, 3 Bergk.
ἀνέδην Aesch. Suppl. 15. Hesych.
ἀμφάδην Archiloch. Stob. Flor. 20, 28, 4.
διαφάδην Pollux 2, 129.
ἐκφάδην Hesych.
ἀποτάδην Luc. Zeux. 4. Ael. n. a. 4, 21. Philostr. p. 481. 500. 585. Poll. 6, 175.
ἐκτάδην Eur. Phoen. 1698. Luc. d. m. 7, 2.
βάδην Hom. Il. *N* 516. Aesch. Pers. 19. Aristoph. Ach. 535. Lysistr. 254. Xen. An. 4, 6, 25. Cyr. 2, 2, 30.

ἀναβάδην Aristoph. Pl. 1124. Plut. de Alex. fort. c. 3. Athen. p. 528 F. Poll. 6, 175.
ἀντιβάδην Plut. mor. p. 381 A.
καταβάδην Aristoph. Ach. 411.
περιβάδην Hesych. s. v. περιπλίγδην. Plut. Artax. 14. Ach. Tat. 14. Poll. 3, 90.
προβάδην Hesiod. op. 727. Aristoph. Ran. 351.
συμβάδην Nicet. ann. 2, 4. p. 41 A. Apud Pollucem 6, 175 restituendum putat Bekkerus pro συστάδην.
περιπετάδην Tzetz. exeg. p. 4, 20.
πριάδην Apollon. Dysc. in Bekk. An. p. 612, 10.
στάδην ap. Athen. 14. p. 628 E.
περιστάδην Theod. Prodr. am. 1, 9.
συστάδην Pol. 3, 73, 8. 11, 32, 7. 13, 3, 7.
κατασυστάδην Theophyl. Sim. Hist. 2. p. 36 A.
ἰσοστάδην Suid. s. v. ἀνταγωνιστής.
ὀρθοστάδην Aesch. Prom. 32. Luc. Jup. tr. 11. Pollux 6, 175.
χοροστάδην Theod. Prodr. p. 174.

bb. organica characteris productione facta:

στήδην Nic. al. 327.
ἐμπλήδην Nic. al. 129.

β. metathesin passa

aa. organica vocalis transpositae productione omissa:

σχέδην Machon ap. Athen. 9. p. 349 B. Xen. Hipp. 3, 4. Plut. Cam. 29.

bb. organica vocalis transpositae productione assumpta:

ἀναβλήδην Arat. 1070.
ἀμβλήδην Hom. Il. *X* 476.
ἐπιβλήδην Ap. Rh. *B* 80.
παραβλήδην Hom. Il. *Δ* 6. Ap. Rh. *B* 450.
συμβλήδην Aretae. p. 115, 38. cf. συλλήβδην.

ὑπερβλήδην Orph. Arg. 255.
ὑποβλήδην Hom. Il. *Α* 292. Ap. Rh. *Γ* 400. 1118.
ἐπαμβλήδην Hesych.
κλήδην Hom. Il. *Ι* 9. Hesych.
κατακλήδην Hesych.
ἐπικλήδην Opp. cyn. 1, 471. 4, 241. hal. 1, 776.
ὀνομακλήδην Hom. Od. *δ* 278.
ἐξονομακλήδην Hom. Il. *Χ* 415.
ῥήδην Et. M. p. 363, 42. p. 781, 29. Bekk. An. p. 612, 6.
διαρρήδην hymn. Merc. 313. Demosth. p. 118, 1. 352, 12. Pollux 2, 129.
ἐπιρρήδην Arat. 191. 261. Ap. Rh. *Β* 643. 849.
περιρρήδην Ap. Rh. *Δ* 1579.
ἀρρήδην Pollux 2, 129. Hesych.
τμήδην Hom. Il. *Θ* 262.
κατατμήδην Tzetz. Exeg. Il. p. 4, 21. 129, 9.

Addere licet ἅδην et παμπήδην, quae singulari quadam ratione nata sunt.

B. interveniente vocali *α* ad paucas radices:

φυρ-ά-δην, cf. φύρδην, ap. Pollux. 6, 175 repositum ex codd. pro φρούδην; Lobeckius autem Pathol. 1. p. 408, quum nulla a verbis circumflexis nascantur adverbia, vitiosum esse dicit scribendumque jubet φυγάδην. Sed vereor ut vir summus recte id monuerit.
μιγ-ά-δην, cf. μίγδην, Nic. al. 349.
ζυγ-ά-δην Suid. Phot.

II. *ad themata nominalia*

A. sine interventu vocalis

1. ad themata nominum, quae a verbis oriunda partim usitata partim inusitata ante suffixum characterem o in *α* (*η*) mutant:

ἀναβολάδην Polemo ap. Macrob. Sat. 5, 19.
ἀμβολάδην Hom. Il. *Φ* 364. h. Merc. 411. 425. Herodot. 4, 181. Pind. Nem. 10, 33. Hesych. ἀγχοάδην· ἀμβολάδην.

παραβολάδην Schol. Il. *Δ* 6 Arat. 525.
παρβολάδην Ap. Rh. *Δ* 934.
ὑπερβολάδην Theogn. 484.
ἀνδοκάδην Hesych.
ἀναστροφάδην Hesych. Suid.
ἐπιστροφάδην Hom. Il. *K* 483. *Φ* 20. Od. *χ* 308. *ω* 184.
μεταστροφάδην Agath. Hist. 5, 19. p. 165 A.
περιστροφάδην Opp. hal. 5, 146. Orph. Arg. 1256.
ὑποστροφάδην var. lect. ap. Opp. hal. 1, 636. cf. *ὑποτροπάδην*.
δρομάδην Hesych., qui *μεταδρομάδην* ex Hom. Il. *E* 80 sumpsit, non illud, ut Maur. Schmidt. s. v. dicit.
ἐπιδρομάδην Nic. th. 481. Orph. Arg. 599.
μεταδρομάδην Hom. Il. *E* 80. Ap. Rh. *Δ* 755. Opp. hal. 4, 508.
παραδρομάδην Orph. Arg. 856.
τροπάδην Procop. Hist. p. 655 B, ubi nunc legitur *προτρ.*
ἐπιτροπάδην Hesych.
περιτροπάδην Ap. Rh. *B* 143.
προτροπάδην Hom. Il. *Π* 304. Pind. Pyth. 4, 167. Plat. Symp. p. 221 C. Xen. Mem. 1, 3, 13.
ὑποτροπάδην Opp. hal. 1, 636; c. var. lect. *ὑποστροφάδην* 3, 274.
λογάδην Thuc. 4, 4. Joseph. Antt. 4, 8, 5. Plut. Oth. 6. Pollux 6, 175.
ἀναλογάδην Hesych.
καταλογάδην Plat. Lys. p. 203 D. Symp. p. 177 B. Athen. 10. p. 445 B. Pollux 6, 175.
λοχάδην Nic. th. 125.
ἐπιστολάδην Hesiod. sc. 287.
περιστολάδην Nic. al. 475 pro *περισταλάδην*.
περιπλοκάδην Anth. 5, 252.
περιφοράδην Hipp. p. 852 D. 819 B. Gal. t. 12. p. 400 sq. 18, 1. p. 602, 4.
σποράδην Thuc. 2, 4. Plat. Prot. p. 322 A. Isocr. or. 10. c. 17. §. 35. p. 214 E. Poll. 6, 175.

διασποράδην Clem. Alex. p. 348 D.
παρασποράδην Tzetz. exeg. in Iliad. p. 4, 20.
τροχάδην Bekk. An. p. 611, 25. Corp. inscr. n. 2647, 1.
ἐπιτροχάδην Hom. Il. Γ 213. Od. σ 26. Man. 1, 11.
κατατροχάδην Duc. Hist. Byz. p. 23 A.
φοράδην Soph. OR. 1311. Eur. Andr. 1167. Rhes. 888. Demosth. 54, 20 p. 1263. Pollux 6, 175.
ἀμοιβήδην Ap. Rh. Β 1073. Δ 76.
Huc referantur:
ἀολλήδην Opp. hal. 1, 788. Mosch. 2, 49.
σειράδην Pallad. Laus p. 55.

2) eodem modo formata sunt:

μονάδην Bekk. An. p. 611, 25.
ὁμάδην Theod. Prodr. Rh. p. 194; 366.

B. interveniente vocali α, sed charactere pulso ad thema substantivi ῥάχις:

ῥαχ-ά-δην Hesych.

III.

Transeundum est ad adverbia in -δόν. Suffixum -δον accedit

I. *sine interventu vocalis ad themata verbalia*

1) in consonam desinentia.

a. ad themata liquida:

φανδόν Apoll. Dysc. in Bekk. An. p. 611, 16.
ἀμφανδόν Pind. Pyth. 9, 41.
ἀναφανδόν Hom. Il. Π 178. Herod. 2, 46. Plat. Protag. p. 348 E. Soph. p. 219 D. Pollux 6, 208.
ἐκφανδόν fortasse scribendum est apud Hesychium pro ἐκφαντόν (ap. Maur. Schmidt. ἔκφαντον)· φανερόν.

ἐξαναφανδόν Hom. Od. υ 48.
χανδόν Apoll. Dysc. in Bekk. An. p. 611, 16.

b. ad themata muta ita, ut quae dentalia sunt, charactere priventur:

ἡμερολεγδόν Aesch. Pers. 64. Luc. Lexiph. 9. Aristot. h. a. 6, 21, 2. De accentu vid. Goettling. p. 343 et Hermann. Aesch. l. l.
διασχιδόν Schol. Dion. Thr. in Bekk. An. p. 784, 2. 788, 13.
διοχιδόν Bekk. An. p. 1171. cf. Lobeck. Pathol. 1. p. 332 Adn. 7.
ἐμπελαδόν Hesiod. op. 732. Bekk. An. p. 611, 15.
νοσφιδόν Eustath. Il. p. 894, 50.
ὀκλαδόν Ap. Rh. Γ 122.
ὑποκλαδόν Opp. cyn. 4, 205.

2) in vocalem desinentia.

a. ad themata, a quibus tempus praesens formatur ita, ut character organica utatur productione.

ὠρυδόν Nic. al. 222.
ἐξαρτηδόν Hesych.
σκιρτηδόν Orph. fr. 23, 1.
βομβηδόν Ap. Rh. Β 133.
ἑλκηδόν Hesiod. sc. 302.

b. ad themata quae vocantur radices

α. mutationi nulli, sed organicae characteris productioni loco dato:

ἀμφαδόν Hom. Il. Η 243. Ι 370. Od. α 296. λ 119. ξ 330. τ 299.
ἀναβαδόν Aristot. h. a. 6, c. 30.
ἐμβαδόν Hom. Il. Ο 505.
παραιβαδόν Opp. cyn. 1, 483 (?).
ἐπεμβαδόν Anth. 9, 668.
ἐκταδόν Thom. Mag. p. 289. Suid. Zonar. p. 681.
κλιδόν Bekk. An. p. 611, 20.

ἐγκλιδόν h. Hom. 22, 3. Ap. Rh. Α 790.
παρακλιδόν Hom. Od. δ 348. ρ 139. h. Ven. 183.
κριδόν Tryphiod. 224, ubi nunc auctore Schaefero ὁ δ'ἐκκριδὸν pro ὁ δὲ κριδὸν legitur. Bekk. An. p. 611, 15, 19.
ἀποκριδόν Ap. Rh. Β 15.
διακριδόν Hom. Il. Μ 103. Ο 108. Bekk. An. p. 611, 15, 19.
ἐπικριδόν Ap. Rh. Β 302.
παραφθαδόν Opp. hal. 3, 298.
ὑποφθαδόν Opp. hal. 3, 145. 618. 5, 387.
ῥυδόν Hom. Od. ο 426. Lacones ·ῥουδόν Hesych.
σταδόν Bekk. An. p. 611, 22.
ἀναστάδόν Hom. Il. Ι 667. Ψ 469.
ἀποσταδόν Hom. Il. Ο 556.
διασταδόν Ap. Rh. Β 67. Δ 942. Opp. hal. 1, 502.
ἐπισταδόν Hom. Od. μ 392. ν 54. π 453. σ 424.
ὀρθοσταδόν Ap. Rh. Δ 1724. Hesych.
παρασταδόν Hom. Il. Ο 22. Od. κ 173. 547.
περισταδόν Hom. Il. Ν 551.
συσταδόν Thuc. 7, 81. Dio C. 41, 60. 43, 37. Hdn. 6, 7, 20. 7, 12, 12. 4, 7, 2. συστηδὸν pro -σταδὸν ponit Gramm. in Boisson. An. vol. 1. p. 406: τὰ διὰ τοῦ -ηδον ἐκφερόμενα διὰ τοῦ η γράφονται, οἷον ποταμηδόν, ἡβηδόν, κρουνηδόν, συστηδόν· καὶ Ἡρωδιανός· Πρὸς τὴν συστηδὸν μάχην. Cujus libri 6, 7, 20 συσταδὸν vel συστάδην.

β. metathesin passa

aa. organica vocalis transpositae productione omissa:

σχεδόν Hom. Il. Γ 115. Δ 247. Ε 14. 458. 607. 630. 850. 883. Ζ 121. Ι 304. Κ 100. 308. 320. 395. 422. Λ 116. 232. 488. Μ 53. Ν 268. 402. 559. 576. 604. 810. 817. Ο 456. 737. Π 462. 828. Ρ 202. 600. 601. 699. Υ 176. 290. 363. 378. 462. Φ 64. 148. 179. Χ 131. 248. Ψ 334. 499. 816. 817. — Od. β 284. δ 439. ε 288. 392. 475. ζ 27. 125. ι 23. 117. 280. κ 156. 441. λ 141. 165. 480. μ 368. ν. 161. 162. π 157. σ 145. ω 490. 492.

αὐτοσχεδόν Hom. Il. *H* 273. *N* 496. 526. *O* 386. 708. 746. *P* 530. — Od. χ 293.
ἐπισχεδόν h. Hom. Ap. 3. Ap. Rh. *B* 490. 604. *Δ* 948. 1187.
παρασχεδόν Ap. Rh. *A* 354. 698. 1091. *B* 10..859. Nic. th. 799. Dion. H. ant. 7, 45.

bb. organica vocalis transpositae productione assumpta:

ἀναβληδόν in lexicis adespotum.
ἐπαναβληδόν Herodot. 2, 81.

II. *ad themata nominalia charactere α aut ο insignia ita, ut uterque plerumque in η abeat.*

α. ad themata primae quae dicitur declinationis:

ἀγεληδόν Hom. Il. *Π* 160.
αἰφνηδόν Et. Gud. 23, 31. Herodian. epim. p. 70. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 19.
ἀμυχηδόν Et. Mag.
ἀμοιβαδόν Ap. Rh. *B* 1229. Tim. Locr. p. 98 E. ἀμοιβηδόν Hippocr. Epist. 8. p. 1281, 48. Theogn. Can. p. 163, 26.
ἐπαμοιβαδόν Hesych. Maur. Schmidtius citat ex Hom. Od. ε 481, ubi ἐπαμοιβαδίς.
βριμηδόν Nonn. Joann. p. 147, 16.
βρυχηδόν Ap. Rh. *Γ* 1374 (?). Bekk. An. 611, 12.
γνωμηδόν Dion. H. ant. 8, 43.
ἑλικηδόν Theophr. h. pl. 3, 1, 13. Luc. h. conscr. 19.
ἡβηδόν Herodot. 1, 172. 6, 21. Luc. v. auct. 14. Tim. 37. Diodor. 3, 54.
πανηβηδόν Tzetz. hist. 7, 996.
ἰλαδόν Hom. Il. *B* 93. Ap. Rh. *Δ* 240. Hes. op. 289.
εἰλαδόν c. var. lect. ἰλαδόν ap. Herod. 1, 172.
ἰληδόν Qu. Sm. 1, 7. 2, 397. 6, 643.
ἐπιλαδόν Dion. Per. 763.
πανιλαδόν Tzetz. Hom. 433.
καναχηδόν Dion. Per. 145. Aretae. p. 28 A.
καταφυλαδόν Hom. Il. *B* 668.

κεφαληδόν Opp. cyn. 3, 437.
κλαγγηδόν Hom. Il. *B* 463. Luc. Pisc. c. 42.
κρυφηδόν Hom. Od. *ξ* 330. *τ* 299. Qu. Sm. 14, 60. Bekk. An. p. 611, 14.
κωμηδόν Diod. 5, 6. Dion. H. ant. 1, 9. Ptol. 3, 2. Philo t. 2. p. 457, 12. Strab. 3. p. 151.
λυσσηδόν Opp. hal. 2, 573.
μανδακηδόν Hippiatr.
μελισσηδόν Eustath. op. p. 309, 60.
μιτρηδόν Nonn. diac. 48, 340.
μολπηδόν Aesch. Pers. 388.
νεφεληδόν Nonn. par. 3, 135. dion. 15, 1.
ὁρμηδόν Hermes ap. Stob. ecl. phys. p. 1070.
πυγηδόν Aristot. h. a. 5, 2.
παλιμπυγηδόν Aristot. p. an. 2, 16 = p. 658, 20 Bekk. Hesych.
πετρηδόν Luc. Tim. 3.
πορπηδόν Suid.
ῥαφανηδόν Gal. t. 2. p. 394. 10. p. 143.
ῥιζηδόν Heliod. 1, 29. Athanas. t. 2. p. 265 A.
ῥυμηδόν Polyaen. 4, 3, 5. 4, 6.
σικυηδόν Paul. Aeg. 6, 89. Soran. in Cocchii chirurg. p. 47.
σκηνηδόν Apoll. Dysc. in Bekk. An. p. 609, 29. p. 611, 3.
σπειρηδόν Anth. 9, 301, 4. Opp. hal. 1, 516. Bekk. An. 1170. 1171. Pol. 5, 4, 9. 11, 11, 6. Strab. 3. p. 414.
στεφανηδόν Man. 4, 429. Nonn. par. 1, 211. 6, 8.
στιλβηδόν Suid.
στοιβηδόν Simplic. ad Arist. t. 4. p. 30. b) 43 Berol.
συνοχηδόν Anth. 9, 343, 3.
συνωχαδόν Hes. th. 690. Qu. Sm. 14, 517. cf. Apoll. Dysc. in Bekk. An. p. 609, 30. Lobeck. Phryn. p. 701.
σφαιρηδόν Hom. Il. *N* 204, ubi Bekkerus propter *F* quod sequitur σφαιρηδά. Ap. Arat. 531 ex codd. Buttmannus et Bekkerus περισφαιρηδόν, Schneiderus πέρι σφαιρηδόν.
σφενδονηδόν Schol. Hom. Il. *Λ* 165. Et. M. p. 738, 26.

ὑπονομηδόν Thuc. 6, 100, 1.
χαλαζηδόν Ann. Comn. 489.

β. ad themata secundae quae dicitur declinationis:

αἰετηδόν Schol. Ven. Il. Σ 410.
ἀλφιτηδόν Dioscor. De fac. par. l. 2. c. 49. p. 261 Spr.
αὐτοχροιηδόν Hesych.
βαθμηδόν Athen. 1. p. 1 C.
βασανηδόν Maneth. 4, 197.
βωληδόν in lexicis adespotum.
ζυγηδόν Heliod. 10, 17. p. 496.
ζῳηδόν Pol. 6, 5, 9.
θυσανηδόν Aelian. n. a. 16, 11.
ἱππηδόν Aesch. Suppl. 440. Sept. 313. Aristoph. Pac. 81.
καλαμηδόν Paul. Aeg. 6, 89.
καρυηδόν Paul. Aeg. 6, 89. Gal. t. 2. p. 397.
καυληδόν Opp. cyn. 2, 511. Paul. Aeg. p. 210, 36.
κοναβηδόν Anth. 7, 531.
κορμηδόν Hel. 9, 19.
κοσκινηδόν Luc. Tim. 3. Ep. sat. 24.
κοφινηδόν Et. M. p. 798, 56.
κριηδόν Aristoph. Lys. 309.
κρουνηδόν II Macc. 14, 45.
κυκληδόν Posidon. ap. Athen. 5. p. 212 F. Ptol. 3, 6.
λυκηδόν Aesch. fr. 30 D.
μετρηδόν Nic. al. 45, 203. Nonn. dion. 7, 115.
μετωπηδόν Herodot. 7, 100. Thuc. 2, 90, 4. — μετωπαδόν Opp. cyn. 2, 65. Nonn. dion. 5, 65.
μοσχηδόν Nic. al. 357.
οἰστρηδόν Opp. hal. 4, 142.
ὁμιλαδόν Hom. Il. *M* 3. *O* 277. *P* 730. -ηδόν Hes. sc. 170.
ὀνηδόν Nic. an. 20, 3.
ὀφθαλμηδόν Gloss.
πλινθηδόν Herodot. 2, 96. Bekk. An. p. 786, 30. p. 787, 2.
ποταμηδόν Luc. Sat. 7. Eustath. op. p. 172, 60.
πυργηδόν Hom. Il. *M* 43. *N* 152. *O* 618.

ῥοιβδηδόν Qu. Sm. 5, 381.
ῥοιζηδόν Nic. th. 556. Lyc. 66. Geopon. 15, 2, 34. Jo. Chrys. t. 6, p. 138 A.
ῥομβηδόν Man. 4, 108.
σκεπαρνηδόν Hipp. p. 770 G.
σορηδόν Philo VM. 1, 17. p. 96. Hesych.
σωρηδόν Anth. 7, 713, 5. Opp. hal. 4, 473. Pol. 1, 34, 5. Luc. Tim. 5. Heliod. 1, 30. Hdn. 4, 6, 2.
σταυρηδόν in lexicis adespotum.
στιχηδόν Hdn. 4, 9, 9. Eustath. Od. p. 1756, 29. Bekk. An. p. 784, 2.
στοιχηδόν Ap. Rh. *Α* 1004 c. var. lect. στελεχηδόν. Dion. Per. 63. Man. 4, 621. Anth. Pal. 6, 131. Theophr. h. pl. 3, 12, 7. Hesych.
στρομβηδόν Anth. Plan. 300, 4.
ταυρηδόν Aristoph. Ran. 804. Plat. Phaed. p. 117 B. Pollux 2, 52. Nic. al. 496.
φορμηδόν Thuc. 2, 75, 2. 4, 48, 4.
φορηδόν Luc. Tim. 21.
συμφορηδόν Nic. ann. p. 243 B. 403 A.
ψαμαθηδόν Orac. Sib. p. 560.
ψιαθηδόν Schol. Thuc. p. 72.
ὠμαδόν Hesych. s. v. ὠμάδιον; fortasse etiam Anth. Vat. p. 307, 634 Jac.
ἐπωμαδόν Ap. Rh. *Α* 738. *Δ* 1170. Qu. Sm. 13, 541.
κατωμαδόν Hom. Il. *Ο* 352. *Ψ* 500. Ap. Rh. *Β* 681.
ὑφωμαδόν Suid. Phot. p. 635, 10. Lobeck. Paral. p. 153.

Ab adjectivis traducta sunt:

λαθρηδόν Anth. 7, 202, 3. Luc. calumn. 21. c. var. lect. λαθρηδά. Et. Gud. 23, 31. Herodian. Epim. p. 270. Bekk. An. p. 611, 9.
ῥαιβηδόν Et. M. p. 107, 12.
τετραποδηδόν Aristoph. Pac. 896.
ἐθελοντηδόν Thuc. 8, 98, 2.
βουστροφηδόν Paus. 5, 17, 6. Euphorio frag. 5. Bekk. An. p. 787, 11. Hesych.

κρεουργηδόν Herodot. 3, 13.
μοναδόν Schol. Nic. th. 148.
μουναδόν Opp. hal. 1, 444. cyn. 4, 40. Nonn. Jo. c. 20, 32.
οἰαδόν Nic. th. 148.
ὁμαδόν Constant. Caerim. p. 56 C.
ὁμοθυμαδόν Aristoph. Pac. 484. Av. 1015. Xen. H. Gr. 2, 4, 17.
πανθυμαδόν Hom. Od. σ 33.
παλιμπρυμνηδόν Hesych. Euripidi IT. 1364 restituendum esse conjecit Hermannus.
πανσπερμηδόν Nic. ap. Athen. 8. p. 372 F.

III. *ad themata, quorum character fere semper littera consonans est, h. e. ad themata tertiae quae dicitur declinationis*

a. sine interventu vocalis

α. ad thema dentale, quod in nominativo fingendo notam ς adsciscit, ita ut character opprimatur:

σπυριδόν Bekk. An. p. 783, 15. p. 786, 19.

β. ad themata, quae in -σ elisionem patiens exeunt, ita ut littera ε producatur in η:

ἐθνηδόν Joseph. I. 2. p. 500.
κτηνηδόν Herodot. 4, 180.
μεληδόν Posid. ap. Athen. 4. p. 153 E.
σμηνηδόν Herodian. Epim. p. 127.
στελεχηδόν var. lect. ap. Ap. Rh. *Α* 1004, vulg. στοιχηδόν.
Ad adjectivum πρηνής spectat πρηνηδόν Nonn. paraphr. 4, 117.

b. interveniente vocali η

α. ad themata gutturalia, cf. Apoll. Dysc. in Bekk. An. p. 611.

φαλαγγηδόν Hom. Il. *Ο* 360.
δονακηδόν Bekk. An. p. 611, 8.

κλιμακηδόν Bekk. An. p. 611, 8. Basil. Ep. 34. Synes. p. 48 C. Hesych. s. v. προκόσσας.
οἰακηδόν Bekk. An. p. 619, 9.
πινακηδόν Aristoph. Ran. 824.
σκυλακηδόν Synes. p. 90 A.
σχιδακηδόν Diosc. 5, 125. Gal. t. 10. p. 143.
βοστρυχηδόν Luc. de conscr. hist. 19. Philops. 22.

β. ad themata dentalia quae in nominativo fingendo notam ς respuunt:

κληματηδόν Melet. in Cram. An. p. 39, 3.
κυματηδόν Io. Lyd. de ost. p. 188 C.
πανημαδόν Opp. hal. 3, 360. Maxim. καταρχ. 182. Oenom. ap. Euseb. pr. ev. p. 214 A. Hesych.
λεοντηδόν II Macc. 11, 11.
ἑκοντηδόν Bekk. An. p. 611, 7.

γ. ad themata liquida

ἀκτινηδόν Luc. de salt. c. 18.
κιονηδόν Bekk. An. p. 781, 1. p. 787, 24.
κυνηδόν Soph. fr. 646 D. Aristoph. Nub. 491. Equ. 1033. Luc. Tim. 54.

δ. ad themata characteribus ι et υ insignia (Nom. ις, Gen. εως; Nom. υς, Gen. υος)

1) charactere oppresso

ἀλυσηδόν Maneth. 4, 486.
ὀρχηδόν Herodot. 7, 144. Hesych. Suid. cf. Lobeck. Pathol. 1. p. 332.

2) charactere manente

νεκυ-η-δόν — νεκυ-δόν
βοτρυ-η-δόν — βοτρυ-δόν.

De his audiendus est Herodianus π. μ. λ. p. 46: τὰ εἰς

δὸν λήγοντα ἐπιῤῥήματα ὀξυνόμενα οὐ θέλει ἀπὸ τῶν εἰς υς ὀνομάτων παράγεσθαι καὶ πρὸ τέλους ἔχειν τὸ υ· μονήρες ἄρα τὸ βοτρυδόν. ὁ μέντοι Εὐφορίων παρὰ τὸ εἰς υς παραγωγὸν ποιήσας ἐπίῤῥημα οὐκ ἔδωκε πρὸ τέλους τὸ υ, ἀλλὰ τὸ η νεκυηδόν. ʻπάντα δέ οἱ νεκυηδὸν ἐλευκαίνοντο πρόσωπαʼ. Itaque *νεκυ-δόν*, quod Schol. ad Dionys. Gramm. in Bekkeri An. p. 941 profert, ex alio quodam codice ap. Cram. An. vol. 4. p. 330, 18 corrigendum putatur in *νεκυηδόν*. — Lobeckio Pathol. 1. p. 332 dicenti *βοτρυ-δὸν* (Hom. Il. *B* 89. Hesych.) ortum esse per syncopen ex *βοτρυηδόν* (cod. Urbin. Theophr. h. pl. 3, 16, 14 duoque codd. Lucian. Pisc. §. 43. p. 610), quod unum ad adverbiorum (in *-δὸν*) paronymorum conveniat, adstipulari non possum, quippe quum *βοτρυδὸν* mihi sit forma primaria atque appareat *η* illud in *βοτρυηδὸν* non ad thema pertinere, sed eodem modo insertum esse quo in *φαλαγγ-η-δὸν* aliis.

IV. *Singulari quadam ratione nata sunt*

παμπηδόν Theogn. can. p. 163, 15 et *ἔνδον*.

IV.

Haec igitur tota est illa farrago quam collegi. Priusquam autem ad alia transeamus, cognitu non indignum putamus, quae quantaque sit adverbiorum in *-δην* et *-δον* exeuntium in Homericis carminibus frequentia.

Atque occurrunt in iis ex priore genere duodeviginti;

in utroque enim carmine haece tria:

ἐπιτροχάδην	Il. *Γ* 312	Od. *σ* 26
ἐξονομακλήδην	- *X* 415	- *δ* 278
ἐπιστροφάδην	- *K* 483	- *χ* 308
	- *Y* 20	- *ω* 184

in sola Odyssea quattuor:

ἐμπλήγδην	*υ* 132
λίγδην	*χ* 278

ὀνομακλήδην	δ 278
κρύβδην	λ 455 π 153.

in sola Iliade undecim:

ὑποβλήδην	A 292
παραβλήδην	Δ 6
μεταδρομάδην	E 80
τμήδην	H 262
κλήδην	I 11
βάδην	N 516
προτροπάδην	Π 304
ἐπιλίγδην	P 599
ἐπιγράβδην	Φ 166
ἀμβολάδην	Φ 364
ἀμβλήδην	X 476.

Ex altero genere inveniuntur viginti septem;

in utroque carmine quattuor:

περισταδόν	in Il.	semel	in Od.	ter
ἀμφαδόν	-	bis	-	quater
σχεδόν	-	duodequinquagies	-	bis et vicies
αὐτοσχεδόν	-	septies	-	semel.

in sola Odyssea septem:

ἐπισταδόν	μ 392 ν 54 π 453 σ 425
παρακλιδόν	δ 348 ρ 139
κρυφηδόν	ξ 330 τ 299
ῥυδόν	ο 426
ἐξαναφανδόν	υ 48
χανδόν	φ 294
πανθυμαδόν	σ 33

in sola Iliade sedecim:

B βοτρυδόν 89, ἰλαδόν 93, καταφυλαδόν 668, κλαγγηδόν 463.
Π ἀναφανδόν 178, ἀγεληδόν 160.
N περισταδόν 551, σφαιρηδόν 204.

NMO πυργηδόν *N* 152 *M* 43 *O* 618.
MO διακριδόν *M* 103 *O* 108.
MOP ὁμιλαδόν *M* 3 *O* 277 *P* 730.
O ἐμβαδόν 505, ἀποσταδόν 556, φαλαγγηδόν 360.
OΨ κατωμαδόν *O* 352 *Ψ* 500.
ΨI ἀνασταδόν *Ψ* 469 *I* 671.

Unde apparet 1) nullum esse ex adverbiis

in - δην		in - δον	
	in hisce carminibus		
Odyss.	Iliad.	Odyss.	Iliad.
α-γε-κμ-ρτφχ	*BZΘΛMΞ OΣTΨΩ*	β γ ε - ι ψ ω	*ΘΞΣT Ω*

2) utriusque generis nullum inveniri
Od. β γ ε - ι ψ   Il. *ΘΞΣTΩ*

V.

Restat ut enumerentur adverbia in -δα cadentia, quorum suffixum -δα sine interventu vocalis conjungitur

1) cum thematibus verbalibus:

κρύβδα Hom. Il. *Σ* 168. Aesch. Choeph. 171 Herm.
κύβδα Aristoph. Equ. 365. Thesm. 489.
μίγδα Hom. Il. *Θ* 437. Od. ω 77.
ἀνάμιγδα Soph. Tr. 519. Nic. al. 560.
ἄπριγδα Aesch. Pers. 1026. 1031.
φύγδα Aesch. Eum. 254.
ἀναφανδά Hom. Od. γ 221. 222. λ 454. Ap. Rh. *Δ* 84.
ἀμφαδά Hom. Od. τ 391. Ap. Rh. *Γ* 615.
χανδά formam aliunde non cognitam memorat Apoll. Dysc. in Bekk. An. p. 562, 16, 20.
ἀποκριδά Joann. Alex. τον. παραγγ. p. 33, 4.
διακριδά Opp. cyn. 2, 496.
γύδα, χύδα vid. Goettling. de accent. p. 338 sq.

περιχυδά Hippocr. p. 528, 38.
αὐτοσχεδά Hom. Il. *Π* 319.
ἀποσταδά Hom. Od. *ζ* 143. 146.
συσταδά Lobeck. Paral. p. 153.
ἐκταδά Idem l. l. Adn.

2) cum thematibus nominalibus:

ἀγεληδά Arat. Diosem. 233, 347.
αἰφνηδά apud Alexandrinos demum se repperisse notat Lobeck. ad Phryn. p. 19.
διαμοιρηδά Ap. Rh. *Γ* 1028, ubi metri causa *διαμμοιρηδά*.
εἰληδά Arat. 916.
καναχηδά Hes. th. 367. Pind. Nem. 8, 25. Ap. Rh. *Γ* 71. Bekk. An. p. 562, 19.
λαθρηδά Luc. calumn. 21 c. var. lect. *-ον*.
ῥοιζηδά Nic. al. 182. 498.
σφαιρηδά Bekkerus Hom. Il. *N* 204 ob *F* insequens pro *σφαιρηδὸν* legi jubet.
Ignotae originis est Hesychii *κλωκυδά· τὸ καθῆσθαι ἐπ' ἀμφοτέροις ποσίν*.
Pro *πανηδά* Jo. Alex. l. l. fortasse scribendum est *παμπηδά*.

Homerica sunt sex (septem): inveniuntur
in utroque carmine: *μίγδα*
in Odyssea: *ἀναφανδά* ter, *ἀποσταδά* bis, *ἀμφαδά*
in Iliade: *κρύβδα*, *αὐτοσχεδά*, (*σφαιρηδά*).
De accentu vid. Apoll. de adv. p. 562.

§. 2. *De adverbiis βυζὸν et βύζην.*

Unum quiddam nondum tetigimus, de quo pauca nunc dicenda sunt. Quod enim Buttmannus [36]) statuit, a verbis,

36) Buttm. Gramm. ²II. §. 119. p. 452.

quorum formae derivatae sigma assumant (ipse nominat ὀνομαστός, γελαστός, κτιστής), adverbia neque in -δον neque in -δην proficisci, refellitur illis quae supra suo loco sunt prolata. (Cf. ἐπισπαστήρ, ἀνά- ἐπί-νευρόσπαστος etc. — ἐμπελαστικῶς, ἐπελάσθην etc. — ἐψαύσθην, ἄψαυστος etc. — σχιστός etc. ἐνοσφίσθην, νοσφιστής etc.). In βύζην autem et βυζόν, quae sola esse excepta dicit, aliud quoddam suffixum quaerendum videtur. Imprudentius enim hodie ageret nec sine levitate quadam, qui rem illam, quam vir clarissimus confidenter quidem sed argumentis minime gravibus decernit et quae multorum et quondam tulit et adhuc fert assensionem, ζ illud ortum esse ex σ-δ, pro explorata haberet. At vero hoc minime ita esse planissima nunc testimonia clamant cum ab aliis tum a Schleichero et Curtio prolata et illustrata, quae si Buttmannus jam cognita habuisset, vix dubito quin paullo aliter de zeta illius origine statuisset. Demonstrarunt enim viri doctissimi zeta saepissime poni pro δι δj (cf. φραδ-jω = φραδ-ιω = φράζω alia). Quod quum ita sit, nemo non concedet βύζην originem traxisse a βυ-διη-ν βυ-δjη-ν, eodemque modo βυζὸν a βυ-διο-ν βυ-δjο-ν, et utrumque spectare non ad verbum βύζω, sed ad βυ-νέ-ω.

Invenitur autem βυζὸν apud Hesychium qui explicat βυζόν· πυκνόν, συνετόν. γαῦρον δὲ καὶ μέγα. Feminina illa forma βύζην (Hesychio ἱκανῶς, ἀθρόως, δαψιλῶς, πυκνῶς, ἐπαλλήλως. ἢ πληρῶς) Thucydides 4, 8, 7, Hippocrates 1. p. 388 K., Arrianus Alex. An. 1, 20; 2, 20 alii usi sunt.

§. 3. *De adverbiis in -διην.*

Via jam patefacta est qua possint alia quaedam adverbiis in -δην, de quibus supra demonstratum est, simillima et conjunctissima perspici. Ἀμφαδίην Hom. Il. *H* 196 *N* 336 Od. ε 120 dico et σχεδίην Hom. Il. *E* 830 Nic. al. 88 ejusque compositum αὐτοσχεδίην Hom. Il. *M* 192 *P* 294 Od. λ 535 et προφθαδίην Nonn. par. 16, 64 — plura non inveni — qui adjectivorum partim superstitum partim de-

functorum accusativi feminini putandi sunt. Tam exiguum autem esse eorum numerum nemo mirabitur, qui adjectivorum in *-διο-ς* genus Herodiani aetate[37]) esse frequentissimum, rarum antiquo tempore meminerit[38]).

Suffixum illud *-διο* e primario *-ja* manasse, id quod Curtius conicit, jure jurando quidem affirmari nequit, sed longe verisimilius est quam quod alii statuerunt, quorum placita persequi et longum est nec res ipsa videtur postulare.

§. 4. *De adverbiis in -δια (-δεια).*

Statim potius huc addam plurales aliquot accusativos, qui ab illis nulla alia re differunt, nisi ut suffixo *-διο* inserta sit *ε* vocalis: *δειο-*, quod et ipsum videmus in *λειπ*: *λιπ* et *φευγ*: *φυγ*. Inusitata quidem iis quorum scripta aetatem tulerunt, sed a grammaticis et glossographis ab interitu servata sunt *διχάδεια τυπάδεια ἐντυπάδεια τροπάδεια κρυφάδεια ἐγκρικάδεια*, quae *ἐπιρρήματα προπαροξύτονα* esse in Anecdotis Crameri p. 164, 26 et Bekkeri p. 1364, Theogn. 164, 26 legimus[39]). Accedit Homericum (Od. *κ* 169) *καταλοφάδια*; quod postquam Im. Bekkerus, semisaecularis ille carminum Homericorum corrector, *καταλοφάδεια* scribi jussit, ultimo privati sunt praesidio, quicunque omnia illa non *-δεια* sed *-δια* scribenda esse putant.

Quibus exemplis qui plura desideret nonnullas quoque alias voces jungere possit, quae tamen ita comparatae sunt, ut merito in dubitationem vocentur.

§. 5. *De adverbiis in -ινδην et -ινδα.*

Cum adverbiis simplici suffixo (*-δα*, *-δην*) fictis artissime cohaerent quae duplici praedita in *-ίν-δα* et *-ίν-δη-ν* exeunt. Huc referenda sunt pauca haece a nominibus propagata:

---

37) *περὶ μον. λεξ.* p. 18 L.
38) Cf. Lobeck. Prolegom. p. 351 sqq.
39) Cf. Goettling Accentlehre p. 339 g.

ἀριστίνδην Andoc. de pac. p. 104. Isocr. Paneg. 146. p. 71 B. Demosth. p. 1069, 8 (typorum errore in Maur. Schmidtii Hesychio. 1009). Plat. Legg. 9 p. 855 C. cf. Tim. Lex. voc. Plat. s. v. Plut. Lysand. c. 13 p. 440 D. Aristot. Pol. 2. c. 9. c. 11. Lucian. Jov. trag. c. 7. Pollux 1, 176. 6, 175 etc.

κρατιστίνδην Pollux 1, 176.

ἀγχιστίνδην Moschop. π. σχ. 190. Pollux 6, 175. Suid. Phot. Bekk. Συν. λεξ. χρ. 333. Suspectum Hesychii ἀγχιστιδ . ., ὀμνύων ἐγγὺς τῶν βωμῶν. παρὰ Σόλωνι.

πλουτίνδην Aristot. Pol. 2. c. 9. Plut. mor. p. 154 C. Lysand. c. 13 med. Lucian. Jov. tr. c. 7. Polyb. 6, 20, 9. Phot. p. 6, 8.

φαρυγίνδην Et. M. p. 788, 38. Pollux 6, 175. Com. an. 237 ap. Meinek. Com. vol. 2. p. 290; vid. Hesych. — Phot. p. 640, 23. De duplici γ vid. Hermann. ad Eur. Cycl. 355. Apud Suidam corruptum in φαλαγγίνδην.

Illuc ludorum quorundam nomina spectant, quae infra ponam. Utrumque genus, eodem modo inter se conjunctum quo κρύβδην et κρύβδα, si quis disjungeret, a vero aberraret. Aberravit igitur Jos. Budenzius vir sagacissimus, qui, quum in libro suo „Das suffix-κός (-ικός, -ακός, -υκός) Gotting. 1858.“ p. 87 docte exponat δραπετίνδα esse accusativum singularem abstracti cujusdam feminini δραπετινδ- (= δραπετῖδ- = δραπετἰδ-) illa in -ίνδην qualia sint non expedit. Revocandum esse -ινδα ad radicem ἰδ (Fιδ-εῖν), quod Pottio [40]) visum est, vereor ut probari possit: adjectiva enim cum ἰδεῖν composita neque in -ινδης exeunt neque in -ιδης, sed aucta vocali — qui modus in lingua Sanscrita guna dicitur — in-ειδης. Sed his nolo nunc immorari; Corssenus enim eadem egregieque alia adversus Budenzium et Pottium monuit [41]). Hoeferi syllogen, in qua [42]) Schmid-

---

40) Etymol. forsch. [2]II. p. 565. p. 882.
41) Krit. beiträge p. 139 sq.
42) I. p. 201 sqq. p. 264 sqq.

tium quendam de his ludorum nominibus Pottius[43]) et Curtius[44]) disseruisse narrant, inspicere me non potuisse jam supra cum dolore commemoravi[45]). Curtius et Corssenus, hic confidenter[46]) dubitanter ille[47]) utramque formam cognatam esse dicunt adjectivis illis verbalibus, quibus non ita bene nomen gerundivum a grammaticis inditum est: quae quidem sententia verisimilior esse illis videtur.

Adverbia in *-ίνδα* et a nominibus et a verbis ita proficiscuntur, ut suffixo character eorum, exceptis quinque istis quae prima posui in indice meo, tanquam in exilium exturbetur. Formantur igitur

I. *a verbis et derivatis et non derivatis:*

μυΐνδα Pollux 9, 110, 113. Theognost. 164, 28; Bekk. An. p. 1353. Hesych.

φρυγίνδα Pollux 9, 110, 114. Hesych.

κρυπτίνδα Pollux 9, 110, 117.

ἀποδιδρασκίνδα Pollux 9, 110, 117.

φαινίνδα Pollux 9, 104 sq. Schol. Plat. p. 358 Bekk. Eustath. p. 1601, 30. p. 1554, 35. Athen. 1. p. 4 F. p. 15. Schol. cod. Paris. ad Clem. Alex. p. 283, 39 ed. Pott. Quum Schol. Plat. l. l. explicet: *φαινίνδα παιδιά ἐστιν, ὅταν ἑτέρῳ τὴν σφαῖραν π ρ ο δ ε ι κ ν ύ ν τ ε ς ἑτέρῳ αὐτὴν ἐπιπέμπωσιν* aliique fere eandem explicationem praebeant, apparet adverbium illud derivandum esse a *φαίνω*. Hariolantur enim qui *φαινίνδα* dictum esse exponunt aut a nomine inventoris, quem alii Phainindum vocant, alii

43) Etymol. forsch. ²II. p. 497.

44) Etymol. II. p. 217.

45) Absoluto jam hoc libello G. Curtii opera mihi contigit ut K. E. A. Schmidtii accuratam de adverbiis in- *ινδα* commentationem in Hoefer. Z. f. d. wissensch. der spr. I. p. 264—275 (apud Pottium l. l. typothetarum lapsu p. 201 sqq.) cognoscerem multisque in rebus cum viro doctissimo me consentire viderem.

46) l. l. krit. nachträge p. 148 sqq.

47) Etymol. II. p. 217, 231.

Phainidum, alii Phainestium, aut ʽ *ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων*, aut per syncopen a *φενακίζειν*. Ineptius inveniri non poterit.

κυβιστίνδα, quod apud Hesychium et Photium nonnulli maluerunt pro *κυβησίνδα*. Utraque forma linguae legibus non adversatur, sed diversas res indicat: *κυβιστίνδα* enim, quum ad *κυβιστᾶν* i. e. deicere se in caput, saltare in caput spectet, idem est quod nos et novimus et dicimus „radschlagen“ sive „purzelbaumschlagen“; *κυβησίνδα* autem derivandum est a *κύβησις* (vid. Maur. Schmidt. in Hesych. s. v. *κυβησίαν*); atque si verum est quod nonnulli codices apud Pollucem 9, 122 tradunt ludum *ἐν κοτύλῃ* vocatum (cf. Athen. 11. p. 479 A. Schol. Il. *Ψ* 34), in quo *ὁ μὲν περιάγει τὼ χεῖρε εἰς τοὐπίσω καὶ συνάπτει, ὁ δὲ κατὰ τὸ γόνυ ἐφιστάμενος αὐταῖς φέρεται, ἐπιλαβὼν ταῖν χεροῖν τὼ ὀφθαλμὼ τοῦ φέροντος*, alio nomine *ἱππάδα καὶ κυβησίνδα* appellatum esse, dubitari nequit, quin *κυβησίνδα* nostro „huckepferd“ respondeat. Fortasse autem scribendum est *κυβεσίνδα* et referendum ad *κύβεσις*, quod Hesychio est *πήρα*.

ψηλαφίνδα Phryn. in Bekk. An. p. 73, 18.

ληκίνδα Lucian. Lexiphan. 8. Apollon. Dysc. in Bekker. An. p. 562, 16.

ἀκινητίνδα Pollux 9, 110, 117.

σχοινοφιλίνδα Pollux 9, 110, 115, ubi cod. Palat. Heidelb. n. 375 *σχοινοφολίνδα*, quod nihili est, exhibet. Nonnullis visum est scribere *σχοινοβολίνδα*. Ex lusus autem ratione quam Pollux hanc esse narrat: *κάθηται κύκλος, εἷς δὲ σχοινίον ἔχων λαθὼν παρ' αὐτῷ τίθησι· κἂν μὲν ἀγνοήσῃ ἐκεῖνος, παρ' ᾧ κεῖται, περιθέων περὶ τὸν κύκλον τύπτεται, εἰ δὲ μάθοι, περιελαύνεται τὸν θέντα τύπτων*, nemo non intellegit aliud esse *τιθέναι*, aliud *βάλλειν*. Potius, si cui *σχοινοφιλίνδα* mutandum videatur, scribi possit *σχοινοφορίνδα*.

II. *a nominibus verbalibus et usitatis et inusitatis:*

κυνητίνδα Pollux 9, 110, 114 sq. Moschop. *π. σχ.* p. 164.
στρεπτίνδα Pollux 9, 110, 117.
ἑλκυστίνδα Eustath. ad Hom. Il. *P* 389.
διελκυστίνδα Pollux 9, 110, 112. Hesych. Cf. Plat. Theaet. p. 181 A.
δραπετίνδα Theognost. in Bekk. An. p. 1553. Et. M. p. 286. Hesych. Suid.
ἐπαιτίνδα Theognost. l. l.
ἐφετίνδα, quo usus est Cratinus p. 184 (Et. M. p. 402, 39). Perperam Hesychius: *πεποίηται παρὰ τὸ φενακίζειν.* Luce enim clarius factum id esse ab *ἐφεῖναι.* Eustath. Od. p. 1554. — Ejusdem originis sed sine dubio diversae naturae est
ἐφετίνδα, cujus rationem Pollux 9, 117 (110) explicat.

III. *a substantivis:*

χυτρίνδα Pollux 9, 110, 113. Hesych. Suidas.
φυγίνδα Theognost. l. l.
ὀστρακίνδα, quo utitur Aristophanes Equ. 855 in ostracismi nomine ludens, Pollux 9, 110 sq. Plat. com. 145 (ap. Hermiam ad Plat. Phaedr. 241 B. cf. Th. Bergk. Commentatt. de reliquiis comoed. Atticae antiquae libri duo p. 261).
χαλκίνδα Alexid. fr. LXXV, 11. Hesych.
ξιφίνδα ortum ex *ξιφεσ-ίνδα,* Theognost. l. l.
βασιλίνδα, ortum ex *βασιλεϜ- ίνδα,* Pollux 9, 110. Theognost. l. l. Eustath. p. 1425, 41. Hesych. Suidas s. v. *χυτρίνδα,* apud quem s. v. *Κῦρος* haec leguntur: *Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς οὕτως ἐκλήθη διὰ τὸ ἐν τῇ βασιλίνδᾳ* (sic) *λεγομένῃ παιδιᾷ κυριεῦσαι τῶν ἡλίκων.* Serione loqueris, Suida, an jocaris?
κυβησίνδα, vid. *κυβιστίνδα.*

IV. *ab adjectivo sive pronomine πόσος*

ποσίνδα ex Theognosto l. l. apud Xenophontem Hipparch. 5, 10, ubi vitiose legebatur: *ὁπότε γε καὶ οἱ παῖδες ὅταν*

παίζωσι ποσὶ δὲ ἃ δύνανται ἀκατᾶν κτλ., a G. Dindorfio et G. Hermanno restitutum. Cf. Schol. ad Aristoph. Plut. v. 1058. p. 146 ed. Dind., Lucian. Hermot. c. 66. Aristot. rhet. 3, 5, 4.

His plura non inveni, quamquam lexica nonnunquam docent horum vocabulorum numerum esse permagnum. Omnia autem ludorum nomina in -ίνδα desinentia in adverbiorum numero habenda esse Theognostus Apollonius Dyscolus Joannes Alexandrinus l. l. dicunt. Dativus enim βασιλίνδᾳ apud Suidam s. v. Κῦρος, et κυνητίνδαν, quod in Cratetis versibus apud Pollucem 9, 155 a Lobeckio [48]) correctum est et ab Im. Bekkero receptum, Utopica sunt et in scribarum cerebris nata, id quod praeter analogiam et veterum diserta testimonia etiam librorum optimorum scripturae luculenter demonstrant. Mirae igitur socordiae accusandi sunt, quicunque crambe ista repetita ejusmodi voces nominativos sing. num. esse opinantur.

De accentu vid. Goettlingii librum p. 338, ubi addas Schol. ad Aristoph. Equ. 865 (851) p. 602 ed. Dind., Suid. s. v. χυτρίνδα.

§. 6. *De adverbiis in -αν-δόν.*

Restat ut his duo adverbia simili suffixo praedita adiciam:

κρυφ-αν-δόν, quod Hesychio est κρυφίως, cf. Curtius Etym. II. p. 216 sq. et

στοχ-αν-δόν Theogn. Can. p. 162, 7.

---

48) Paralip. I. p. 155 int.

QUAESTIONES

DE

DIALECTO ANTIQUIORIS GRAECORUM POESIS ELEGIACAE ET IAMBICAE

SCRIPSIT

JOANNES GOTTHOLDUS RENNER

DRESDENSIS.



Antiquioris Graecorum poësis elegiacae et iambicae reliquias — Callini intellego, Tyrtaei, Mimnermi, Solonis, Phocylidis, Xenophanis, Theognidis atque Archilochi, Simonidis Amorgini, Hipponactis, Anani — quae nunc a Bergkio collectae sunt[1]), accurate inspicientem non fugiet, quanta ubique sit inconstantia et varietas dialecti. Itaque si quis ex eis, quae tradita sunt, crisi severiore non adhibita dialectum poëtarum componere vellet, is efficeret speciem Proteo simillimam. Quod non est, cur miremur, cum reputamus, qua temporum iniquitate haec fragmenta ad nostram aetatem pervenerint. Librarios enim scriptorum opera describentes, cum assueti essent, qua illi uterentur dialecto (Attica vel vulgari), huic saepissime accommodasse verisimile est locos poëtarum allatos, vel neglegentia perducti vel quod non diligenter versati in Graecae linguae dialectis formas, quae in poëtarum versibus apparerent, scriptorum dicendi rationi repugnare putabant. Alii facile fieri poterat ut linguae epicae analogia decepti formas genuinas removerent, id quod maxime in iambographorum reliquiis valet. Haud raro autem vel scriptores ipsi, praesertim cum poëtarum loci plerumque tam exigui ambitus essent, quos facile possent ex memoria afferre, solam verborum sententiam, non dialectum respexisse videntur. Denique minime neglegendum est, quod multo plurima fragmenta

---

[1]) Poëtae lyrici Graeci, tertiis curis recensuit Theodorus Bergk. Pars II. poëtas elegiacos et iambographos continens. Lipsiae, in aedibus Teubneri 1866. — Poëtarum quinti saeculi fragmenta, propterea quod nimis exigua sunt et ubique fere Atticam dialectum praebent, consulto ab his quaestionibus exclusi.

a scriptoribus recentioris demum temporis tradita sunt, quos interdum eiusdem cuius librarios inscitiae arguere nemo dubitabit.

Ac verisimile quidem esse poëtarum dialectum, qualis tradita est, magnas corruptelas traxisse, satis demonstratum videtur. Omnino ne potuisse quidem poëtas eiusmodo dialecto multiformi uti, nunc probare studebimus. Qua in re efficienda egregium ducem sequi licet. Praeclare enim Henricus Ludolfus Ahrens docuit[2]) poëtas lyricos non ad arbitrium modo ex hac modo ex illa dialecto formas hausisse, sed semper certam secutos esse rationem, quae in poësis, quod excolebant, genere posita esset. Haec ergo, quantum ad poëtas elegiacos et iambographos pertinet, ante omnia mihi breviter exponenda erit.

Quoniam metrum elegiacum ab heroïco originem traxit, ita ut tantum in altero quoque hexametro tertii et sexti pedis thesis exstingueretur, consentaneum est elegorum dialectum in universum quidem similem esse epicae. Sed tamen argumentum mutatum etiam dialectum paullo diversam postulabat. Cum enim carminibus Homericis res ab heroïbus ultima antiquitate praeclare gestae celebrentur, cum argumento optime congruit, quod dialectus principalis, quae est Ionica, copia formarum temperatur vel ex antiquo tempore solum in poëtarum collegiis traditarum vel ex variis dialectis petitarum, quae sermoni gravitatem et granditatem quandam tribuant. Alia vero ratio conspicua est in carmine elegiaco, quo poëta hominum animos in se ipsum et suam aetatem convertit, cum res persequatur et secundas et adversas, quibus vel eius civitas vel ipse solus afficiatur. A talibus argumentis quantopere formae nimis obsoletae et omnino nimia formarum varietas abhorrebat! Immo potius res ferebat, ut patria poëtae dialectus paullulum quasi perluceret.

---

2) in dissertatione inscripta: „Ueber die Mischung der Dialekte in der griechischen Lyrik“, quae legitur pag. 55—80 actorum conventus philologorum Germaniae XIII, edd. Gottingae 1853.

Itaque Ionici poëtae Callinus, Mimnermus, Phocylides, Xenophanes severiore (sive recentiore) Ionismo quam Homerus usi sunt; similiter Solon, qui Ionicos poëtas secutus est, Atticismo illorum dialectum temperavit; qua in re non neglegendum est iam ab origine inter Atthidem et Iadem summam intercessisse similitudinem. Hoc iam veteres scriptores viderunt, cf. Strabonis VIII. p. 333: *τούτων δ'αὐτῶν τεττάρων οὐσῶν τὴν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι τὴν αὐτὴν φαμὲν (καὶ γὰρ Ἴωνες ἐκαλοῦντο οἱ τότε Ἀττικοὶ καὶ ἐκεῖθέν εἰσιν οἱ τὴν Ἀσίαν ἐποικήσαντες Ἴωνες καὶ χρησάμενοι τῇ νῦν λεγομένῃ γλώττῃ Ἰάδι)*, Galeni Tom. V, p. 525, quin etiam Homerum ipsum natione fuisse Atheniensem Aristarchus statuit[3]). Tyrtaeo vero et Theognidi, quanquam se non prorsus abstinuerunt a formis quae Doricae dialecto propriae erant, tamen cum haec nimium ab epica et elegiaca discreparet, elucet cautissime agendum fuisse. Quod in embateriis Tyrtaeus puro, ut videtur, Dorismo utitur, in ipsa illorum carminum natura positum est, quae ab adolescentibus Lacedaemoniis canerentur atque in terra Laconica maxime excolerentur.

Quae de elegiacis Ionicis potissimum diximus, multo magis valent in poësi iambica, quae neque cum originem neque cum argumenta tractata spectas, commune quidquam habet cum epica. Iambi enim peculiari modo praeter hexametros a gente Ionica, ut ita dicam, procreati sunt et ab Archilocho ut videtur primo ad artem redacti. Praecipue eis utitur poëta, convenienter eorum origini, ad vitia et peccata hominum ac quaecunque sibi displicent salis acerbitate cavillanda et deridenda vel omnino iudicio examinanda. Quam longe ab his rebus absit gravitas illa Homerica, manifestum est. Minime igitur iambographis licebat fusiore illo genere dicendi uti, quod ne elegiaci quidem prorsus deseruerunt, nec lingua ex obsoletis et variarum dialectorum formis composita, qualis nunquam in vitae co-

3) M. Sengebuschi dissertatio Homerica prior, p. 31.

tidianae usum recepta erat, sed tantum puro Ionismo. Optimam analogiam praebet comoedia Attica. — Paullo aliam rationem in trochaeis observatam videmus, qui cum eorum propriam naturam ingeniumque respicimus, medium quendam locum tenent inter elegos et iambos. Trochaei enim, in quibus ab arsi ad thesin descenditur, non tali quo iambi impetu incedunt: uxores quasi sunt virilium iamborum. Quapropter non mirandum est, quod dialecto Ionum populari in his vestigia epicae linguae lenissime impressa sunt. — In epodis poëtae etiam maiore licentia usi esse videntur.

Solonem, cum iambos primus ex Ionia in terram Atticam introduceret, consentaneum est, ut in elegiis epicae (elegiacae) dialecto, sic in illis Ionicae Atticam intexuisse. — Ceterum de formis nonnullis, quae apud iambographos propter metrum exceptionem patiuntur, infra dicetur.

Ex eis, quae hucusque disseruimus, sequitur, ut ubicunque reperiuntur quae his legibus respondeant formae, hae genuinae sint habendae atque ad earum analogiam ceterae quae repugnent emendandae. Neque in eo offendi licet, quod saepissime haec ratio etiam ibi ingredienda est, ubi quae ex nostra sententia formae genuinae sunt, numero non superant subditicias, vel etiam eis inferiores sunt, cum in universum talem crisin, quae numerum locorum ad calculos vocet, constanter adhiberi non oporteat nisi in scriptoribus, quorum opera vel omnia vel magnam saltem partem servata sint, non in fragmentis quae plerumque nec magni ambitus sint nec multa.

In restituendis reliquiis Theognideis magno quidem impedimento est, quod aliorum poëtarum fragmenta cum vere Theognideis confusa sunt. Sed tamen hoc pro certo haberi licet[4]) hac sylloge praeter multo pluria carmina Theognidea veterum tantum poëtarum monumenta contineri. Praeterea autem, ut taceam de eis, quae iam scriptorum testimoniis ceteris elegiacis tributa sunt, procul dubio recte

4) Bergk. ad vss. 467 sqq.

a Bergkio Mimnermo ascribuntur: vss. 527—8, 567—70, 877 —8, 939—42, 983—8, 1007—12, 1063—70, 1129—32, ac 1055—8 (probata Bergki coniectura), non solum quia maxime abhorrent a poësis vere Theognideae ingenio, optime congruunt cum Mimnermi poësi, sed etiam quia nuper Fridericus Nietzsche[5]) optime demonstrasse mihi videtur eum, qui hanc syllogen instituit, poëtae Dorico inserendis versibus, qui eius moribus vehementer repugnarent, infamiam movere voluisse. Utrum autem omnes illi versus 1231 sqq. qui inscripti sunt *μοῦσα παιδική* (a me nota *mp* signati), exceptis vss. 1253—4 qui ut fortasse etiam 1255—6 Solonis sunt, Mimnermo tribuendi sint, ea quae est Nietzschi sententia, an potius alii poëtae, in dubio relinquo. Mihi quidem a Mimnermi ingenio, quale apparet in fragmentis veterum testimonio ei ascriptis, nimis alieni videntur. Sed tamen Ionici alicuius poëtae certe sunt. — In relicuis versibus hanc rationem ingressus sum, ut omnes pro vere Theognideis haberem; aliter enim nihil fere profici videbam. Ceterum licet nonnullos versus — et certe factum est — Dorico poëtae falso ascripserim, qui proprie Ionici poëtae vel Solonis Atheniensis essent, hoc, ut in fine totius disputationis docebo, parvi momenti est.

Ne tamen putes, cum in his quaestionibus elegiacorum reliquias una cum fragmentis iambicis comprehenderim, me nimis diversa tractasse, monere satis est, saepe utrumque poësis genus ab uno eodemque poëta excultum esse[6]) et dialectos multa communia habere. Conferas maxime quae de trochaeis et epodis diximus.

Ut de recentiore Iade recte iudicare possem, omnes scriptores Ionici, qui usque ad quinti saeculi finem fere vixerunt, mihi inspiciendi erant.

Itaque usus sum fragmentis veterum historicorum

5) in egregia dissertatione, cuius titulus est: „Zur Geschichte der Theognideischen Spruchsammlung" Mus. Rhenan. vol. XXII, p. 161 sqq.

6) Etiam Simonidem Suidas et Eudocia carmen elegiacum composuisse testantur. De Xenophane conferas Diog. La. IX, 2, 18.

(maxime Hecataei Milesii, Pherecydis Lerii, Ionis Chii) et philosophorum (potissimum Anaxagorae Clazomenii, Diogenis Apollonitae, Melissi Samii, Heracliti Ephesii, Democriti Abderitae), quorum illa continentur in I et II volumine editionis quae inscripta est: „fragmenta historicorum Graec., notis et prolegg. illustr. C. et Th. Muelleri, Par. 1842—51 (4 Voll.)", haec in editione cuius titulus est: „fragmenta philosophorum Graec. colleg., recens., vert., annott. et prolegg. illustr., indd. instr. F. S. A. Mullachius. Poëseos philosophicae caeterorumque ante Socr. philosophorum quae supersunt. Par. 1860." Utraque tamen cum ipsa magnam partem depravata sint atque in linguam Atticam conversa, ita tantum respicere licet, si quae vestigia purae dialecti servarunt.

Quod ad Herodoti dialectum attinet, nitor C. L. Struvi quaestionum de dialecto Herodoti speciminibus III edd. Regimonti 1828—30 (in opusculorum vol. II.), G. Dindorfi dissertatione de dial. Her. quae legitur in editione ab eo curata Parisiis 1844 (insunt etiam Ctesiae fragm. illustr. a C. Muellero), Lhardyi et Abichti quaestionibus infra allatis, maxime autem Bredovi „quaestionum de dial. Her. libris IV. ed. Lipsiae 1846"; quanquam ei non temere fides habenda est, quia non multum curat singulorum librorum auctoritatem atque haud raro quaestiones ambiguas diiudicare studet solo eorum numero in calculos vocato.

Hippocratis scriptorum genuina sola a me adbibita sunt: a) *Κωακαὶ προγνώσεις* (haec signavi nota C) b) *ἐπιδημιῶν τὸ πρῶτον* (EI)[7] c) *ἐπιδημιῶν τὸ τρίτον* (EIII) [7]) d) *περὶ ἀέρων ὑδάτων τόπων* (AAL) e) *περὶ διαίτης ὀξέων* (VA) f) *περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων* (CV), quae continentur in volumine I optimae editionis quae inscripta est: „Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae, ed. Franciscus Zacharias Ermerins, Traiectis ad Rhenum 1859—65 3 Voll.)" Neque haec quidem in omnibus rebus norma

---

7) hos libros modo secundum paginas citari licet.

purae Iadis ad quam poëtarum fragmenta emendemus, haberi possunt, quoniam multa insunt a recentioribus medicis interpolata. Accedit, quod non est dubium, quin Hippocratis dialecto, i. e. Iadi mitiori, multa cum vetere Atthide communia sint.

Praeterea ex titulis Ionicis, quorum numerum valde exiguum esse vehementer dolendum est, emendandis poëtis salutem afferre studui. Quanquam plerique cum recentiore demum tempore exarati sint, multa linguae vulgaris vestigia prae se ferunt. Quocirca nobis non quaerendum erat, quidnam omnino praeberent, sed potius quid genuinae Iadis servassent.

Inter hos primum locum obtinet titulus Milesius Corp. Inscript. Graec. nr. 39 (Boeckhius non recte versus esse putabat), qui secundum A. Kirchhoffium pag. 24 libri inscr.: „Studien zur Geschichte des griechischen Alphabets, 2. Auflage, Berlin 1867" sic restituendus videtur: [῾*Ερ*]*μη*|*σιάναξ ἡμ*|*έας ἀνέθηκεν* [*ὁ ᾿Α*|*π*]*ολ*[*ων*]*ίδεω τῶπ*|*όλλωνι*; pertinet ad Ol. 60.

Sigeus Corp. I. 8, cuius inscriptio superior Ionica est, inferior Attica. Boeckhius (vol. I. pag. 19) „inscriptiones has", inquit, „in earum refero classem, quae falsam antiquitatis speciem prae se ferunt, easque hoc, quo posui loco, nonnisi ductuum priscorum et pristinae auctoritatis causa retineo." Eodem auctore propius accedit ad Aristotelis aetatem quam ad Aristarcheorum. Kirchhoffius vero p. 18 sqq. demonstravit eum exaratum esse Pisistratidarum tempore vel brevi post, sine dubio ante Ol. 70.

Teïus 3044 sive „dirae Teïae", optimus titulus, qui Boeckhio post pestem, quae initio belli Peloponnesiaci grassata est, vel post paullo antiquiorem, quae Lemnum et alia loca invaserat, exaratus videtur, rectius Kirchhoffio p. 13: Ol. 76—77.

Halicarnassius, qui nuper a Newtone[8]) repertus

8) Cuius praestantissimo libro inscr.: „A history of discoveries

est, accurate editus et explicatus atque intra annos 460—450 a. Chr. n. positus ab Hermanno Sauppio[9]). Kirchhoffius p. 10 posuit eum in Ol. 81.

Ephesius C. I. 2953, qui Kirchhoffio auctore p. 12 est ex initio periodi Ol. 82—104, fortasse paullo antiquior quam Halicarn. At vir doctus tantum propter signum ⁝, quod verbis interpositum est, titulum tam antiquum habet. Equidem cum ibi iam contracta forma ἐπάρῃ (scil. ἢν) appareat, credo eum ad mediam periodum pertinere. Signum illud appositum videtur, cum titulus sit tabella auguralis.

Amphipolitanus 2008 in medio fere saeculo quarto Demosthenis tempore scriptus. Accuratius editus est ab Hermanno Sauppio in programmate inscr.: „Jahresbericht über das Wilhelm Ernstische Gymnasium zu Weimar von Ostern 1846 bis Ostern 1847, erstattet von dem Director H. Sauppe. Mit einer Abhandlung desselben: Inscriptiones macedonicae quatuor", pag. 19 sq.

Mylasensis 2691 intra annos 400—350 Artaxerxe II et III regibus exaratus, in quo dialectus Carica expressa reperitur.

Thasius 2161 („Thasii sunt Iones ex Paro"), in quo satis multa vestigia dialecti Ionicae exstant praeter vulgares formas.

Olynthiacus editus a Sauppio l. c. pag. 15 sqq. II.; pertinet ad initium quarti saeculi.

Mycalensis C. I. 2909. Iam plura vulgaris linguae vestigia continet aeque ac

Trallianus 2919 „qui aut usque ad 351 a. Chr. n. scriptus est aut ex antiquiore transscriptus vel fictus."

---

at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae, London 1862. 1863, cum bibliotheca universitatis Lipsiensis primum tantum volumen suppeditet, uti mihi non licuit.

9) Nachrichten von der G. A. Universität und der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. No. 17, Septbr. 2. 1863 pag. 303 ff. „Inschrift von Halicarnassus."

Inscriptionum Sarmatiae, cuius civitates Graecae maximam partem Ionicae erant originis:

vetustiores Bosporanae („Panticapaei et Phanagoriae et in vicinia, hoc est in Milesiorum et Teïorum coloniis"): 2104. 2108. 2117—2119, quae in altero dimidio saeculi quarti a. Chr. n. exaratae sunt,

recentiores Olbianae („Olbia colonia est Milesiorum"): 2058. 2059. 2067. 2070—74. 2076. 2081, quae secundum vel primum saeculum a. Chr. n. non superare videntur.

Reliqui tituli Ionici vel nullius fere momenti erant, ita ut omitti possent, vel tam pauca commemoratu digna exhibent, quos infra occasione data nominari satis habeam.

Valde dolendum est, quod grammatici nobis nullum fere auxilium ferunt, quia epicam dialectum potissimum respiciunt aut hanc et recentiorem Iadem confundunt, aut etiam qui prae ceteris sapere videntur, recentissimam dialectum intellegunt, atque omnino poëtas Ionicos admodum raro commemorant. Pauca testimonia quae adhibere licuit, commodius infra suis locis afferentur.

Solonis dialecti instaurandae causa contuli titulos Atticae antiquissimos, quos infra ubi res postulat, enumerabo.

In poëtarum Doricorum dialecto restituenda magnopere adiutus sum praeclaro Ahrensi libro de dialecto Dorica sive de Graecae linguae dialectis libro II., ed. Gottingae a. 1843, et inscriptionibus Megarensibus nr. 1327—1339 ephemeridis archaeolog. 1853 pag. 804 sqq., quae pertinent ad aetatem Demetri Antigoni.

DE CONSONANTIBUS.

§ 1.

De digammatis vestigiis.

Iam apud Homerum non vivi, quod dicitur, digammatis usum agnoscendum esse, recte perspexerunt G. Curtius et qui eius sententiam amplexi sunt A. Leskien et E. Windisch[1]). Hoc enim maxime inde apparet, quod digammatis vis in eisdem vocibus modo servata modo neglecta est, vel in eodem carmine. Ubicunque igitur ex hiatu admisso vel ex syllabarum finis brevium productione digammatis vestigia apparere videntur, statuendum est Homeridas antiquioris temporis consuetudinem secutos esse, qualis etiam tunc in carminibus memoria traditis conspicua erat. Ubi contra digamma prorsus neglegitur, recentioris, quo Ilias et Odyssea conditae sunt, temporis usum comparere existima. Ex his satis elucet, quanto minus quo tempore Iones, et elegiaci et iamborum scriptores, et Solon carmina composuerunt, consona spirans pronuntiata sit. Obstare videtur huic sententiae, quod reperitur in titulo Naxio C. I. 10, qui scriptus est exeunte saeculo sexto, ineunte quinto, forma *ΑϜΥΤΟ* (*αὐτοῦ*). At optime Kirchhoffius „Studien" p. 61 sqq. eam in suspitionem vocavit. Grammaticorum igitur testimoniis: Tryphon. *πάθ. λέξ.* §. 11. Mus. crit. Cant. T. I. p. 34: *προςτίθεται δὲ καὶ τὸ δίγαμμα παρά τε Ἴωσι καὶ Δωριεῦσι*

1) De hymnis Homericis maioribus scr. Ernestus Windisch Lipsiae 1867. pag. 2 sq.

καὶ Λάκωσιν, οἷον ἄναξ Ϝάναξ, Ἑλένα Ϝελένα, cf. Priscian. I p. 13 nihil tribuendum esse, vix est quod moneam. Quid? quod in multis vocabulis, in quibus eius vestigia ab Homeridis retenta sunt, ab illis exstincta sint, cf. ἄστυ Mimnermi fr. 9, 1. Simon. 7, 74; ἀστός Archil. eleg. 9, 1. Solon. eleg. 10, 1; ἔτος Sol. 27 (Tyrtae. 5, 4). Sim. 1, 8 etc.; Ἑσπερίδες Mimn. 12, 8, etc. Quid? quod tantum eadem vocabula atque in carminibus Homericis digammatis olim pronuntiati vestigia servarunt, idque saepissime in eisdem formulis, num negabis poëtas illos Homerum imitatos esse? Quid? quod ne in eisdem quidem vocibus constanter digammatis vestigia remanserunt, sed multo saepius prorsus evanuerunt? Quid? quod in poëtarum reliquiis consonae exstinctae vim vel angustioribus finibus quam apud Homerum circumscriptam videmus? Nusquam enim breves, quae in consonam desinant syllabae ante voces digammate olim instructas producuntur. Atque etiam, ubi quodammodo antiquior consuetudo resedit, saepe caesura excusatur.

Prorsus eadem est ratio Tyrtaei elegiarum. Unde apparet eum vestigiis elegiacorum Ionicorum ingressum esse, non antiquioris Laconum dialecti, quae digamma retinebat, cum in Iade et Atthide iam diu evanuisset.

Aliam tamen rationem Theognis observasse videtur, quippe qui digammatis vestigia etiam in vocibus ἴον vs. 250: δῶρα ἰοστεφάνων et ἴδιος vs. 440: αὐτοῦ ἴδιον [2]) praebeat, ubi ne apud Homerum quidem servata sint. Homeri (ed. I. Bekker.) ε 72 enim: λειμῶνες μαλακοὶ Ϝίου ἠδὲ σελίνου ‖ et Λ 298: ἥ τε καθαλλομένη ϜιοϜειδέα πόντον ὀρίνει, ubi Bekkerus digamma posuit, et δ 314: δήμιον ἢ ἴδιον caesura sufficit ad hiatum defendendum. Cum vero hymn. Hom. (ed. Baumeister.) in Ven. VI, 18 reperiatur εἶδος θαυμάζοντες ἰοστεφάνου Κυθερείης ‖ et Solon. 19, 4: Κύπρις

2) Arsi enim hiatus excusari non potest, cf. Ahrensi commentationem „de hiatu apud elegiacos Graecorum poëtas antiquiores“, Philologi vol. III. pag. 223 sqq.

ἰοστέφανος‖, recte dicemus Theognidem cum illis ex communi fonte poësis epicae, nunc quidem non iam aperto, vocem ἰοστέφανος hausisse, nisi quod hiatum quoque inde recepit. Eodem modo explicari potest hiatus, qui fit ante ἴδιος vocem.

Num tamen inde, quod reperitur scriptura εὐγεργεσίῃ in optimo codice A vss. 548 et 574, vs. 413 μέτ᾽ οἶνος in A, μέγ᾽ οἶνος in KO pro με οἶνος et 440 κίδιον in AKO pro ἰδίων, nobis concludere liceat ab ipso Theognide digamma litteram in his carminibus scriptam esse, quae Ahrensi et Bergki[1]) opinio esse videtur, admodum dubium est.

Quominus enim in Theognidis carminibus de vivo digammate cogitemus, impedimur eisdem fere causis, ex quibus ab elegiacis ceteris et iambographis id abiudicavimus. Nam in nonnullis stirpibus spirantis vestigia, quae apud Homerum exstant, iam non apparent, cf. ἄστυ vs. 785. 868. ἀστὸς 61. 191. 739. ἐρέει (ἐρεῖ) 22. 492. ὄψ 532. ἐλπίς 333[2]). Deinde in eisdem vocibus multo saepius prorsus neglecta quam servata est, cf. οἶνος et εἰπεῖν (ἔπος), quarum utraque uno solum loco excepto cum vocali antecedenti occurrit, contra prorsus deposuit pristinam speciem: illa vs. 261. 497. 879. 1039 etc. haec: 96. 414. 519; 16. 18. 20. 22. 87. 159. 307. 414. 755. 1168 (ἔπος). Deinde ex multis formulis apparet Theognidem quoque se ab Homeri imitatione non abstinuisse. Denique etiam apud hunc nulla exempla reperiuntur syllabae brevis ante vocalem digammate antiquitus instructam productae. Praeterea, quoniam Dorienses mitiore dialecti specie usi, quorum in numero Megarenses habentur, a quinto fere saeculo digamma prorsus abiecerunt[3]), non ut severior Doris postea in β mutarunt, dissimillimum est veri Theognidis tempore digamma in mediis vocabulis

1) in annotationibus ad hos versus.

2) ubi certe non opus est Bergki coniectura, cf. Ahr. l. c. pag. 227 sq.

3) Ahr. II. p. 396 et 414.

nondum pronuntiari desiisse. Nam semper consona illa spirans in media vocum sede multo prius quam in initio evanescere solet. Cum igitur in scriptura εὐγεργεσίῃ F aperte subditicium habendum sit, monemur, ne omnino ceteris exemplis ullam fidem tribuamus.

Itaque dubitari non potest, quin Theognis poëtarum elegiacorum, quos secutus est, consuetudinem sibi ad imitandum proposuerit, nisi quod ante paucas alias voces eadem licentia prosodiaca uteretur, quam dialecti epicae et elegiacae analogiae non repugnare intellegebat.

Ceterum autem, cum in hexametro etiam illud genus hiatus, quod sola incisione metrica nititur, haud frequens esse videamus[1]), cum in pentametro, qui „post hexametrum gravius incedentem properantiore quodam gradu uti videatur", hiatus nisi ante vocabula digammate olim instructa aut post quaedam vocabula[2]) non admittantur, omnino poëtas elegiacos, Theognide non excepto, hiatus fugere quam quaerere maluisse existima[3]).

Voces autem, utpote quae olim digamma in fronte habuerint, hiatum admittunt hae[4]):

ἁδεῖν: Theogn. 52: τῇδε ἅδοι‖.

(ἁλίσκομαι: Theogn. 235:

*Οὐδὲν ἔτι πρέπει ἧμιν, *ἅτ' ἀνδράσι σωζομένοισιν,*
ἀλλ' ὡς πάγχυ πόλει, Κύρνε, ἁλωσαμένῃ.

---

1) Ahr. Philol. III. p. 227 sqq.

2) ibid. 230, coll. p. 226.

3) Inde satis elucet errasse Leutschium, qui ante ἁνδάνειν verbum, et certe etiam alia, ubicunque ν ἐφελκυστικὸν legitur, hoc abici voluerit (vide Bergki annot. ad vs. 44.): 44 κακοῖσιν ἅδῃ. 382. 802. 804. 24. Quid tandem, quaeso, omnino his mutationibus proficitur, quoniam ne ita quidem inconstantia tolli potest, cf. 226: ἄπιστοι ἅδον. 34: ἷζε καὶ ἅνδανε τοῖς. 732.

4) Quarum digamma iam ex Homeri consuetudine satis notum est, de harum origine nihil dicamus brevitatis studiosi. Eodem consilio hiatus, qui post arsin leguntur, asterisco notabimus Ahrensium secuti. Scripturae varietatem tantum ubi necessarium videtur, ascribam plerumque ipsis Bergki verbis usus.

Haec extrema tamen, cum aptam sententiam non praebeant, aperte corrupta sunt. Palmaria, ut aliorum coniecturas vix probandas omittamus, mihi esse videtur Bergki emendatio: *αὐλὸς πάγχυ πόλει, Κύρν' ἐν ἀλωσομένῃ.*)

ἄναξ: Arch. eleg. 1, 1: *Εἰμὶ δ' ἐγὼ θεράπων μὲν Ἐνυαλίοιο ἄνακτος* (Athen., *θεοῖο* Plutarch. (C *ἐνυαλιοῖς θεοῖς*) Themist.), conf. *Δ* 322: *ἀντίθεον θεράποντα Μολίονα τοῖο ἄνακτος*, alia ubi genetivus in *οιο* desinens (vel in *αο*) ante *ἄνακτος* in versus ultima sede legitur. Potest tamen etiam imitatio esse Hesiodi scut. 371: *καὶ Ἐνυαλίοιο ἄνακτος*‖. — Theogn. 1* *Ὦ ἄνα*, quod simillimum est locutioni *Ζεῦ ἄνα* *Γ* 351, *Π* 233, *ρ* 354. — Theogn. 5. 773: *Φοῖβε ἄναξ*, fortasse petitum est ex hymn. in Apoll. Pyth. II, 79. — Theogn. 987 (Mimn.): *αἵτε ἄνακτα φέρουσι* (A, *αἵ τ' ἀναφερ*. KO, *αἵ τε γὰρ ἄνδρα φ.* ceteri codd.). — Archil. tetram. 77, 1: *Διωνύσου ἄνακτος* (vide infra).

εἴκω: Theogn. 389* *χρημοσύνῃ εἴκων-*, conferas maxime: *Κ* 122: *οὔτ' ὄκνῳ εἴκων-*, *ξ* 157: *πενίῃ εἴκων.*

εἰπεῖν: Theogn. 177: *οὔτε τι εἰπεῖν*‖, simillima reperimus *Δ* 22, *Θ* 459: *οὐδέ τι εἶπεν*‖, *χ* 397: *ὄφρα τι εἴπῃ*‖ etc.

ἔργον: Tyrt. 5, 7: *πίονα ἔργα*, cf. *δ* 318. *Μ* 283. — Tyrt. 11, 27: *ἔρδων δ' ὄβριμα ἔργα* —, quod dictum videtur ad similitudinem *χ* 418: *ὀβριμοεργόν*‖. — Sol. 13, 21: *δῃώσας καλὰ ἔργα* —‖, cf. *κακά, θέσκελα, λοίγια, καρτερὰ ἔργα* et multa alia Homeri propria. — Sol. 13, 31: *ἤλυθε πάντως αὖτε καὶ ἄντιτα ἔργα τίνουσιν* optime olim coniecit Bergk pro *αὐτίκ' ἀναίτιοι* (quae nunc in contextum recepit displicent propter *ἔργα* vocem nimis universe dictam), cf. *ρ* 51. 60: *ἄντιτα ἔργα τελέσσῃ*‖*Ω* 213 — *ἂν τιτὰ ἔργα γένοιντο*‖. — Theogn. 733: — *σχέτλια ἔργα* —, cf. *ι* 295, *ξ* 83, *χ* 413. Hesiodi operum vs. 124. 238. 254. — Theogn. 1167 *ἐσθλὰ δὲ ἔργα*‖, cf. simillima *τάδε ἔργα*‖*χ* 49, *Θ* 9 etc., *δὲ ἔργον*‖ *Β* 137, *Τ* 242, *χ* 479.

ἔρδω: Sol. 13, 67. Theogn. 105. 955. 1263 (mp.) 1317, post secundam arsin, 573 post 1. a., 368. 1266: *εὖ ἔρδειν**.

Etiam Sim. 7, 80: οὐδ᾽ ἄν τιν᾽ εὖ ἔρξειεν; cf. praeter *E* 650: εὖ ἔρξαντα maxime composita εὐεργεσίη, εὐεργής, εὐεργὸς apud Homerum obvia.

ἴον, quocum propter digamma conferas Latinorum viola: Theogn. 250: ἀγλαὰ Μουσάων δῶρα ἰοστεφάνων [1]).

ἰδεῖν: Tyrt. 10, 26: αἰσχρὰ τά γ᾽ ὀφθαλμοῖς καὶ νεμεσητὰ ἰδεῖν sic Frankius recte coniecit pro vulgata scriptura νεμεσητόν, quae nimis dura est. Cf. *Α* 587 *Σ* 190. 135. κ 385: ἐν ὀφθαλμοῖσι ἴδωμαι‖ἴδηαι‖ἰδέσθαι‖.

οἶδα: Theogn. 159* ἀγορᾶσθαι ἔπος μέγα· οἶδε γὰρ οὐδείς‖. Cf. *E* 761: ὅς οὔτινα οἶδε θέμιστα‖ ε 215: χώεο· οἶδα καὶ αὐτός‖. *Ο* 93 *Ω* 105. (propter caesuram conferas etiam: Theogn. 1085. 1141. 1195). — Theogn. 375: ἀνθρώπων δ᾽ εὖ οἶσθα νόον, frequentatur ab Homero coniunctio verborum εὖ εἰδέναι, ut *Α* 185. Idem hiatus nobis occurrit Sophoclis Oed. R. 959, saepius apud comicos: Aristoph. Pac. 373. Equ. 438 etc.

οἶκος: Mimn. 2, 11: — ἄλλοτε οἶκος‖ τρυχοῦται, cf. α 248, π 126 (τ 133): τρύχουσι δὲ οἶκον.

οἶνος: Theogn. 413. 4: οὐδέ με οἶνος‖ἐξάγει, simillima sunt: *Γ* 269 *Π* 231. *Ω* 306 γ 332: δέ οἶνον‖.

οὗ et ὅς: Mimn. 12, 9: ἵνα οἱ θοὸν ἅρμα καὶ ἵπποι‖ ἑστᾶσ᾽ (apud Athenaeum VL; BP ἵν᾽ ἀλήθοον; inde Bergk. scr. ἵνα δή). — Xenophanis 2, 9: ὅ οἱ κειμήλιον εἴη, quocum conferas ξ 326 et τ 295: τόσσα οἱ ἐν μεγάροις κειμήλια κεῖτο ἄνακτος. φ 9 (quanquam totus locus similior est his: *Ψ* 618: σοὶ τοῦτο, γέρον, κειμήλιον ἔστω‖, et α 311, δ 600‖). — Theogn. 178: γλῶσσα δέ οἱ δέδεται‖. 391: κακὸν δέ οἱ· οὐδὲν ἔοικεν. 405* καὶ οἱ ἔθηκε δοκεῖν, ἃ μὲν ᾖ κακά, ταῦτ᾽ ἀγάθ᾽ εἶναι‖. 519: — ὧδέ οἱ εἰπεῖν‖. — 1256 (mp.) οὐποτέ οἱ θυμὸς ἐν εὐφροσύνῃ. 1376: οὐδέ οἱ ἐν πόντῳ νὺξ ἐπιοῦσα μέλει‖. Sol. 42 (melos) 4: γλῶσσα δέ οἱ διχόμυθος ἐκ μελαίνης φρενὸς γεγωνῇ. — Sol. el. 13, 27: αἰεὶ δ᾽ οὔ ἑ λέληθε διαμπερές, ὅστις ἀλιτρὸν‖ θυμὸν ἔχῃ (οὔ ἑ coni. Hermann., Sto-

1) G. Curtius, Grundzüge, 2. Auflage p. 348.

baei B m. sec. οὔτι, b οὔτε et supra οὔτι, rel. οὔτε). — Tyrt. 10, 2: ἄνδρ' ἀγαθὸν περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον‖. — Quoniam apud Homerum huiusmodi hiatibus nihil frequentius est, non mirandum, quod etiam apud elegiaeos constanter fere apparent. Non enim antiquiori usui repugnant: Xenoph. 1, 20: ὥς οἱ μνημόσυν' ᾖ (coni. Bergk). Theogn. 186: — ἤν οἱ χρήματα πολλὰ διδῷ. — Etiam apud iambographos exempla non desunt; legitur enim Arch. trim. 29, 2: — ἡ δέ οἱ κόμη‖. epod. 97, 1: ἡ δέ οἱ σάθη‖ Sim. 7, 79: — οὐδέ οἱ γέλως μέλει‖. Ne a tragicis quidem aliena sunt. His voculis adiungatur:

ἴδιος, quippe quod eandem radicem σFε habeat, cum natum sit e σFέ-διο-ς [1]). Legitur Theogn. 439. 40: νήπιος, ὃς τὸν ἐμὸν μὲν ἔχει νόον ἐν φυλακῇσιν,‖τῶν δ' αὐτοῦ ἰδίων οὐδὲν ἐπιστρέφεται‖ (recte coni. Jacobs, AO τῶν, ceteri τὸν, AKO κίδιον, cet. ἴδιον). Idem hiatus apud Pindarum Ol. 13, 49 reperitur.

Praeterea huc spectant multa composita, quorum altera pars cum antiquissimo tempore a digammate inciperet, offendi non poterat in concursu vocalium. Neque tamen hoc quemquam fugiet, omnia fere ex epica lingua deprompta esse aut saltem ad eius similitudinem ficta [2]). Reperiuntur autem haec:

ἀέκων† Theogn. 371. 467. 471. — 1379 (mp.) vox Ionica, et ἀεκούσιος, quod etiam apud Herodotum invenitur: 1343.

ἄελπτος (ἀελπτής, ἀελπτέω, ἐπιέλπομαι†): Arch. tetr. 74, 1. Sol. tetr. 35. fortasse ex hymn. in Apoll. Del. I, 91, in Cer. V, 219 petitum est. — ἀελπτίη Arch. tetr. 54, 3. — ἐπίελπτος: Arch. tetr. 74, 5.

ἀΐδηλος† Tyrt. 11, 7: ἴστε γὰρ Ἄρηος πολυδακρύου ἔργ' ἀΐδηλα‖, cf. Ε 757: οὐ νεμεσίζῃ Ἄρει τάδε ἔργ' ἀΐδηλα, Θ 309: ἀΐδηλον Ἄρηα‖ Λ 879 ὧδ' ἀΐδηλος‖,

---

1) Grundz. p. 352.

2) crucem apposui.

Ἀΐδης† Tyrt. 12, 38. Mimn. 2, 14. Theogn. 802 etc. Sim. 1, 14. 7, 117: quo loco *α* ut apud tragicos productum est consonae eiectae causa,

ἄϊδρις† Theogn. 683. *ἀϊδρίη*† Sol. 9, 4. *πολυϊδρίη* Theogn. 703.

ἀποειπών († *T* 35) Theogn. 89.

ἑξηκονταέτης (*ἔτος*†) Mimn. 6, 2. *ὀγδωκονταέτης* Sol. 20, 4. Eiusmodi composita prosa quoque oratio recepit.

ἀεργός †Theogn. 1177. Contra legitur: Theogn. 584 *ἀργά* (coni. Eldick pro librorum *ἔργα*). Hipponactis trim. 28 (de quo vide infra).

ὀβριμοεργός† Callin. 3: *ὀβριμοεργῶν*||. cf. *X* 418 *ὀβριμοεργόν*||.

ἑκάεργος† Tyrt. 3, 2 et Sol. 13, 53: *ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων*||. cf. *O* 253 *Φ* 461 *ϑ* 323|| et *ἑκ. Ἀπ.*||*Α* 479 etc. (sexies).

μελιηδής† Theogn. 475: *μελιηδέος οἴνου*||, usitatissimum vini apud Homerum epitheton, quod in eadem versus sede legitur: *γ* 46 et *Σ* 545, accusativus (quater, ut:) *K* 579.

προΐσσομαι (*προΐξ*, *προΐκτης*†) Arch. (fr. incertae sedis) 130, epod. 92 (*καταπροΐξεται*) [1]).

τροχοειδής (*ἰοειδής*, *μυλοειδής*† etc.) Theogn. 7. Idem compositum et alia similia (veluti *μηνοειδής*, *ἀνϑρωποειδής*) apud Herodotum in usu sunt.

ἐπιοίνιος (*οἶνος*†) solum Theogn. 971 exstat. Poëtae ante oculos versatum videtur *ἐπιοινοχοεύω* hymn. in Ven. 204.

§. 2.

De neglecta quadam consonantium mutarum aspiratione.

a) Notissima res est recentiorem Iadem, qualem maxime Herodotus expressit, in vocibus quibusdam mediis atque in

1) Propter digamma cf. Grundz. p. 128.

elisione, quae fit ante vocalem spiritu aspero vulgo praeditam, pro muta aspirata vulgari tenuem ponere. Severioris modo Iadis hoc proprium esse inde apparet, quod in Hippocratis dialecto quae ut iam supra indicavi non una tantum de causa mitior vocanda est, semper aspiratae ut vulgo leguntur [1]). Nonne igitur, si quae in Iambographorum reliquiis huius rei exempla exstant, pro firmo testimonio habenda sunt, eos diligentissime patriam dialectum effinxisse? Jam leguntur haec:

Arch. epod. 115: ἐπ' ἥβης (apud Hephaest. ἐπ' ἥβης FIE, ἐπήβης ACPS, vulgo ἐφ' ἥβης) tetr. 70, 2: ἐπ' ἡμέρην (ἐπ' Diog. Laert., ἐφ' ceteri, vid. Bergk.). — Sim. 7, 51: ἐπίμερον (apud Stob. A Voss. Vind. Ars., ἐφ. vulgo). in ἀμπέχοντες 12 tenuis propter χ sequentis syllabae assumpta esse videtur aliis dialectis conspirantibus. — Hipp. trim. 42, 1: ἐπ' ἁρμάτων, cf. Tzetz. exeg. II, p. 78: καὶ ἀντὶ τῶν δασέων ψιλὰ ἐξεφώνουν, ὡς ἔχει ἡ ἀρχαία Ἰωνική, ἐπιβρύκων ἀντὶ τοῦ ἐπιβρύχων, καὶ τὸ ἐπ' ἁρμάτων τε καὶ Θρηϊκίων πώλων, καὶ μεταρμόσας (recte fortasse putat Bergkius etiam ἐπιβρύκων et μεταρμόσας ex Hipponacte petita esse), Meinekius scripsit ἐπ' ἁρμ.

Arch. tetr. 54, 1: Γλαῦκ' ὅρα, apud Heraclidem Ponticum et Plutarchum codd. Γλαῦκε, vulgo Γλαῦχ', Schneidewinus „ex grammaticorum placitis“ scripsit Γλαῦκε ὅρα. Hippon. tr. 7: κἀφῇ, Tzetzae AB in m. exhibent: ἀφὴ καὶ ἅρμα καὶ τὰ λοιπὰ οἱ Ἴωνες ψιλοῦσι. 31: κὠπόλλων (vide tamen §. 8). Anani tetr. 5, 10: κἡμέρης, apud Athenaeum PVL κ' ἡμέρης, C χ' ἡμέρης.

Sim. 7, 113: τοὐτέρου (apud Stob. Voss. et Vind. a m. s. [m. prima γυναῖκα], A τοῦ ἑτέρου, Ars. τοῦ τέου, Trinc.

1) Tenuium consonarum exempla nulla inveni nisi: E. I, 180 οὐκ ὑπέστρεψαν AAL 28 οὐκ οἷόντε, ἀπ' ὅτων οὐχ ὑποδέχονται. CV 21. 22: αὖτις (contra ϑ: EIII p. 220. 222. AAL 31). Quae propter immensam multitudinem recte scriptorum nihili facienda sunt. Semper dicit Hipp. δέχεσθαι, cf. C. 103. 143. 160. EI, p. 163. VA 68. CV 31.

τουτέου. Hipp. tr. 18, 3: *τοὐτέρου*, in Tzetzae Vit. 2 glossa „*ἰωνικῶς*" ascripta est. tr. 37, 3: *Ταργηλίοισιν* (apud Athenaeum VL *γαργηλίοισιν*, P *γαργίλ.*, A *θαργηλ.*, B *θαργελ.*) Anan. tetr. 5, 6: *αὔτ'*, *ὅταν* (Athenaei A *αὐτὸ ἔτ'*, *αὐτὸ ἔθ'* PVL). Addi potest Hipp. 89*[1]: *κατ' ὕπνον*, nam Ploti codex habet: *ΚΑΤΙΙΠΝΟΝ*. —

In elegiis, ceteroquin hanc Iadis recentioris consuetudinem non adoptantibus (cf. Arch. 13, 2: *ἐφέπων*, 5, 2: *ἄφελκε*, Callin. 1, 3: *μεθιέντες*, Mimn. 9, 2: *ἀφικόμεθα*, Xenophan. 1, 17: *οὐχ ὕβρις* etc.), quod Archilochus dixit *ἐξαῦτις* 9, 9 et 6, 4 (ubi vulgo non recte *θ*) pro *ἐξαῦθις*, non mirandum est, cum eadem forma in veteriore Iade usitata sit. Solon tr. 37, 3 et el. 13, 22 videtur Atticam consuetudinem sequi *αὖθις* dicens, Theognis Doricam, nam ubique praestantissimus codex A *αὖθις* exhibet: vss. 202. 357. 863. 958. 1250 (mp.)

His multa adversantur, ex quibus mea quidem sententia cum quadam probabilitate tantum corrigi licet: Arch. tr. 21, 3 *ἐφίμερος*. epod. 93, 2: *τήτέρῃ*, praesertim cum etiam Phoenix Colophonius poëta multo recentior tr. 3, 5: (delectus Schneidewiniani) *τήτέρῃ σπένδει*|| dicat et Herodas mimiamb. 5, 3: *τοὐτέρου* (apud Stob. vulgo *τοῦ ἑτέρου*). Porro Arch. epod. 113: *Θαργήλια*, Sim. 1, 3: *ἐφήμεροι* (coniciunt *ἐπ' ἡμέρην*).

Cetera, veluti: Sim. 9, 2: *ἀφείλετο*, Hipp.; tetr. 83, 2: *κοὐχ ἁμαρτάνω*, Sim. 7, 107: *δεχοίατο*; Arch. epod. 87, *3 *κάθημαι* Anan. tr. 1, 3: *καθ' ἱερόν* etc. attrectare non audeo. Nam primum ne tituli quidem, ut taceam de scriptoribus minoribus, sibi in hac re constant: legimus in optimo Halicarn. l. 18: *ἀπ' οὗ*, 19. 43 *κατάπερ*, at 40: *κάθοδον*, 19: [*κά*]*θοδος* (*τὸ ἄδος* mavult Bergk. ad Hippon. 100), in Sig. 8: *τοὐρμοκράτεος*, in Teïo 3044. A 31: *καθημένου*, 20. 21: *δέχοιτο*, in Amph. 2008, 19: *δέχ*[*η*]*ται*, in Myc.

1) Bergkium secutus fragmentis, quae poëtarum nomine non addito traduntur, asteriscum appinxi.

2909 l. 5: κατάπερ (etiam in Halicarnassio 2655, qui 1. vel 2. post Chr. n. saeculo exaratus est, resedit l. 5: κατιδρυθέντος, quanquam in ceteris vulgaris dialectus apparet). Deinde ex Athenaei loco III, 107 F: Δασυντέον δὲ λέγοντας τὸ ἧπαρ, καὶ γὰρ ἡ συναλοιφή ἐστι παρ' Ἀρχιλόχῳ διὰ δασέος· φησὶ γάρ· Χολὴν γὰρ οὐκ ἔχεις ἐφ' ἥπατι (inc. 131), collato cum aliis, ubi grammatici de psilosi Ionica verba faciunt: praeter Tzetz. Epex. II, 62, 20: οἱ Αἰολεῖς τὲ καὶ Ἴωνὲς πάντα τὰ παρ' ἡμῖν δασυνόμενα ψιλοῦσι καὶ διὰ ψιλοῦ συμφώνου ἐκφέρουσι; 107, 18; 119, 28 cf. Etymol. M. 351, 54 s. v. ἑορτάζω, 364, 50 s. v. ἐπίσταμαι, 624, 9 s. v. ὁμίχλη — „ηὖτ' ὀμίχλη", κατὰ διάλεκτον Ἰωνικήν. Οἱ γὰρ Ἴωνες τοῖς ψιλοῖς ἀντὶ δασέων χρῶνται· τὸ ἀφικόμεθα γὰρ ἀπικόμεθα λέγουσι, καὶ τὸ οὐχί, οὐκί. οὕτω καὶ τὸ ἠῢθ' ὁμίχλη, ἠῢτ' ὀμίχλη (quanquam ibi recentior Ias non accurate distinguitur a vetustiore) colligitur Ionas, secundum grammaticorum sententiam, in mutarum aspiratione neglegenda quodammodo rationem habuisse naturae vocalis, unde vox, quae sequitur, incipit. Denique etiam apud Herodotum codices sibi non constant, et maxime quaeritur, utrum a Bredovio aliisque exempla quae adversentur, omnia recte necne ad unam eandemque normam correcta sint. Ex his satis elucet, quam incerta sit omnis in hac re coniectura. —

b) In θεῦτις voce Hipp. 115 quam Hesychius affert, aspirata et tenuis collata vulgari forma τεῦθις transpositae videntur. Similia, ut κιθών, praebet dialectus Herodotea. Ab huius vero consuetudine recedunt: Sim. 23, 1: ἐνταῦθα, et Hipp. 25 χυτροπόδιον a Polluce allatum. Fortasse tamen hoc mutandum est in κυθροπόδιον, cum ne Herodas quidem 3, 1: χύτρην, sed κύθρην dicat.

§. 3.

De κ pro π posito.

Recentioris Iadis [1]) propria et peculiaris est κ consona

1) Miraberis, quod apud Hippocratem constanter fere (5 tantum,

gutturalis in pronominibus et adverbiis interrogativis, quae in ceteris dialectis π consona labiali instrui solent. Ne elegiacos quidem, qui Ionicae gentis erant, his formis se abstinere voluisse, demonstrat exemplorum copia, in quibus κ traditum est. Quanquam cum in horum tum in iambographorum fragmentis libri saepius π vulgare exhibent. Quid igitur de hac exemplorum inter se discrepantia iudicandum sit, quaeritur. Contenderit quispiam iambographos et elegiacos in hac re medium fere locum inter Homeri antiquiorem et recentiorem Iadem tenuisse, ita ut κ gutturalem per annos illam quidem natam et quasi regni appetentem, sed tamen quae nondum prorsus antiquiorem usum tollere potuisset, praeter labialem usurparent. At haec sententia, ut ullam probabilitatis speciem sibi assumere possit, multum abest. Nam ut saepe loco k et g antiquiorum consonarum gutturalium in Graeca aliisque linguis p et b labiales comparent [2]), sic etiam in his voculis k consonam ab origine fuisse nos edocet linguarum inter se comparatio [3]). Unde satis elucet iambographos, cum etiam prosae scriptores, qui aliquanto post vixerint, cum Phoenix Colophonius 2, 12 (ὅκου), 2, 18 (ὁκόσον), 2, 19 (χὠκόσ'), Herodas mimiamb. 2 (ὅκως) antiquam gutturalem servaverint, non potuisse π labiali uti. Ex Callimachi, qui iambographos imitatus est, fragmentis choliambicis 85 ὅκου 93 κοτε (editionis Blomfieldianae) idem confirmatur. Accedit testimonium grammatici in Cram. An. Ox. I (Ὁμήρου ἐπιμερισμοὶ K) 247: *Κῶν· „καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν.“* (*B* 677) ἡ εὐθεῖα

ni fallor, locis exceptis) libri in formis ab ὁ vocali incipientibus litteram Ionicam servarunt, in ceteris π vulgarem praebent: 15[17] locis: ποτε C. 117. 172. 227. 402. EIII p. 205. 218, 8. VA 62. AAL. 26 [EI p. 183]. [ποσόν EI. p. 183] πω AAL 10 πως VA 28. CV. 11, που VA 28. 63. CV. 3 (bis); κ tantummodo AAL 10 in κου. Inscriptiones nullum auxilium ferunt; omnino tantum in Amphip. 2008 που invenitur, quae forma certe recentiori aetati tribuenda est.

2) Grundz. p. 399 sqq.

3) ibid. p. 409 sq.

κακῶς (legas Κῶς, κα i. e. καὶ irrepsit ex Homeri versu). ὁ τόνος περισπώμενος· οὐδὲν ἄλλο εἰς ως θηλυκὸν περισπᾶται ἢ μόνον τὸ Κῶς, ὃ συμπέπτωκεν οὐδετέρῳ τῷ Κῶς, καὶ ἐπιρρήματι πευστικῷ κατὰ τοὺς νεωτέρους Ἴωνας· „κακῶς δὲ θεαί" (aut leg. καὶ κῶς aut κῶς). Grammaticus quosnam intellegat recentiores Ionas, cognoscimus ex pag. 265, 6 ubi „ἡ μεταγενεστέρα Ἰάς", cuius auctor affertur Hipponax (fr. 88) opponitur Homeri dialecto, et 287, 28, ubi Herodoti et Hipponactis (fr. 62) exempla formationis cuiusdam Ionicae citantur; ceterum etiam verba „κῶς δὲ θεαί" aperte poëtae alicuius Ionici sunt. Itaque non dubito ea quae adversantur exempla corrigere.

Jam ad singula transeamus. Recte igitur κ traditur his locis:

Arch. tetr. 70, 2: ὁκοίην (quod multi auctores exhibent) et 3 (quem versum adiunxit Jacobsius) ὁκοίοις. Sim. 7, 82 ὅκως (Stobaei A ὅπως, Ars. ὅλως), 91: ὅκου (B ὅπου, A οἴκου), 99: κοτ', 106: ὅκου (A οἴκου).

Eodem modo Hipp. tr. 19, 1 (Tzetzae Vit. 2. 3 Barocc. οὔτε χλαῖναν, edd. vett. χώλαιναν) recte restituerunt editores: οὔτε κω χλαῖναν.

Callin. 1, 1: κότε (ap. Stobaeum Ursinus καὶ), 12: οὐ γάρ κως (A πως), 2, 2: εἴ κοτε. Mimn. 11, 1: οὐδέ κοτ' ἂν (v. οὐδ' ὁκόταν). Haec contra vitium traxerunt ac corrigenda sunt:

Arch. tr. 25, 2 πω. tetr. 60 πῇ (quanquam a compluribus auctoribus traditur) 73 που. Epod. 94, 1 ποῖον (item). Inc. 122 πῶς, cuius frustuli cum etiam cetera verba valde dilacerata sint, vulgaris forma nihil fere auctoritatis habet. Sim. 1, 2: ὅπῃ, 5 ὅπως (Stob. A a pr. m. ὅμως). Hipp. tr. 51, 2 ὅπου hex. 87 πῶς, quorum prius Tzetza tradit, alterum hort. Adonid., itaque neutrum magna fulcitur auctoritate. — hex. 85, 3: ὅπως. — Anan. tr. 1, 1: που, quod cum Aristophanes ran. vs. 659 tres illos versus Dionysum dicentem faciat, non mirum videtur in Atticam dialectum abiisse.

Xenoph. 1, 5: οὔποτε. 6, 2: καί ποτε. 1, 17: ὁκόσον. Mimn. 14, 5 οὔποτε. 12, 2 οὐδέ ποτ'. Theogn. (mp.) 1245 (bis). 1256 (?). 1287. 1307. 1331. 1345: ποτε. 1265: πω.

Non tamen attrectari licet:

Call. 1, 8: ὁππότε κεν δὴ|| Μοῖραι ἐπικλώσωσ', ubi ὁππότε κεν δὴ formula aperta est imitatio Homerica, cf. Ξ 504 Σ 115 Ψ 365 β 357 γ 237|| et ν 155, atque ab Iade recentiore prorsus abhorreret consonae κ geminatio.

§. 4.

De littera ν paragogica.

Quod iambographi Ionici — ut taceam de elegiacis, quos Homerum imitatos esse statuere licet — littera ν paragogica usi sunt, ubi vel ad hiatum evitandum vel ad positionem efficiendam metro flagitabatur, velut Arch. tr. 39, 1: βοῦς ἐστὶν ἡμῖν tetr. 54, 1: κύμασιν ταράσσεται. Sim. 7, 91: ὅκου λέγουσιν ἀφροδισίους λόγους. Hipp. tr. 45, 2: ἀνεῖπεν ἀνδρῶν σωφρονέστατον, hoc maxime abhorrere videtur ab Ionum dialecto pura, quoniam prosae scriptores in huiusmodi exemplis hiatum praetulerunt. Atque hanc sententiam optime eo firmari putaveris, quod ν consona ubique fere non a stirpe ingenerata, sed extrinsecus quodammodo arcessita est. [1]) Attamen hoc non obliviscendum est Herodotum in adverbiis saltem in θεν desinentibus, sex tantum exceptis, atque in ἔπειτεν et εἵνεκεν [2]) hanc consonam adventiciam non respuere atque Hippocratem ne in illis sex quidem. [3]) Nonne igitur putare cogeris in lingua Ionum patria ν paragogicum non prorsus inusitatum fuisse? Jam vero illud, quod in optimis titulis ν apparet, omnem dubi-

1) Grundz. p. 52.

2) Bredov. p. 106 sqq.

3) ὄπισθεν reperitur: C. 7. 188. E III. p. 214. AAL. 10. C V. 1 (bis). 4 (ter). 5. — πρόσθεν E I, 1. V A 63. C. 200 (ἔμ-). E III. p. 212 (ὑπό-). C V 12 (ἀπό-). 1 (bis). 4. 5 (ἔμ-). — Conferas πρόσθεν apud Anaxagoram fr. 6 et Heraclit. 1.

tationem tollat necesse est. Legitur enim in Amph. 2008, 1: ἔδοξεν τῷ δήμῳ, in Sig. 8: ἔδωκεν Συκεεῦσιν, atque in Teïo 3044 *A* 33: Ἀνθεστηρίοισιν καὶ Ἡρακλείοισιν καὶ Δίοισιν, ἐν, 36: ἐν ᾗσιν ἡ 'πάρη γέγραπται, *B* 44: ἐπὶ Τηΐοισι[ν], τὸ ξυνόν, in praestantissimo Hal., qui ipsius Herodoti aetate exaratus est: l. 10: μνήμ[οσ]ιν ἐπὶ Ἀπολωνίδεω, 18: ἐν ὀκτὼ κα[ὶ δέ] κα μησίν, ἀπ', 21: ὅτ]ι δᾶν[ε]ιδέωσιν, τοῦτ[ο], postremo in titulo Thasi insulae, quem Ad. Michaelis edidit [1]) et medio saeculo quinto vel ante exaratum esse dicit: „Νύμφῃσιν κἀπόλλωνι νυμφηγέτῃ θῆλυ καὶ ἄρσεν ἂμ βόλῃ προςέρδειν· ὄϊν οὐ θέμις οὐδὲ χοῖρον" (tota est inscriptio), in Milesio 39: ἀνέθηκεν [ὁ Ἀπ]ολ[ων]ίδεω; in Milesio b: Kirchh. „Studien" p. 24: Ἐ[χέ]δημός με ἐποίεεν, qui circa Ol. 60 scriptus est.

Quae exempla nos edocent iambographos purae Iadis vestigia etiam in hac re non deseruisse. Contra illos scriptores existima, cum ex usu sibi non constanti utrumque admitti posse viderent, unum elegisse, ut certam, qualis decet orationis pedestris scriptorem, normam sequerentur.

§. 5.

De consonantibus geminatis.

In vocibus quibusdam, quae apud recentiores Ionas et Atticos simplici consona instrui solent, elegiaci, rarius iambographi [2]), epicos poëtas imitati duplicem, quae in Doride et maxime in Aeolide ex summa antiquitate servata est, interdum posuerunt, ubi metro commendari videbatur.

a) Omnium autem saepissime σ consona geminata reperitur.

Ac primum quidem huc spectant aoristus secundarius (vid. §. 16), de cuius duplicis σ origine in paucis tantum

---

1) Denkmaeler, Forsch. u. Ber., herausg. v. E. Gerhard. 73. Lieferung (1867) XIV. Jahrgang, No. 217, pag. 1 sq.

2) Vide quae in praefatione diximus.

formis satis constat, [1]) et futurum, ubi σσ ex σj, quae est stirps futuri εἰμὶ verbi, natum esse cognitum habemus.

Cuius formationis exempla exstant haece:

Tyrt. 11, 14: τρεσσάντων δ' ἀνδρῶν. Theogn. 9: ἐγέλασσε. 127: εἰκάσσαις. 321: εἰ-ὀπάσσῃ. 323: μή ποτ'-ἄνδρ' ἀπόλεσσαι‖-Κύρνε. 511: ἀνύσσας‖. 543: χρή με-δικάσσαι‖. 762: ἀρεσσάμενοι‖ (locus tamen corruptus videtur). 831: χρήματ' ὄλεσσα (K ὤλεσ', Apost. ὤλεσα, unde Hermannus ἀπώλεσ'). 953: ἐτέλεσσα τελέσσας. Arch. el. 11, 2: θεσ-σάμενοι „ἐξ αἰτήσεως ἀναλαβόντες, αἰτήσαντες", poëtarum modo proprium. — ἔσσομαι, quod ortum est ex as-ja-mai, Arch. el. 4, 3. Theogn. 252 etc. (vid. §. 19). Arch. el. 4, 1: ἐπὶ τόξα τανύσσεται.

Deinde duplex σ apparet in dativis pluralis declinationis alterius (vid. infra). Quorum duo genera accurate distinguenda sunt: alterum, in quo stirpis ultima consona terminationis consonae σ assimilatur: Arch. el. 11, 1: πελάγεσσιν. Theogn. 121. 387. 507. 899: στήθεσσι, quorum stirpes σ in fine habent, Theogn. 72. 331. 950: ποσσί(ν), cuius stirps in δ cadit.

Alterum autem genus dativi antiquissimum suffixum σσι, quod per assimilationem natum est ex svi (sva), ε vocali copulativa ascita stirpi annectit; quo spectant:

Arch. el. 7: ξείνια δυσμενέ-ε-σσιν‖ Λυγρὰ χαριζόμενοι (schol. Soph. El. 95 praebet ξένια δυσμενέσιν λ. χ., eadem habet Suidas v. ξένια, contra v. ἐξένισεν· δυσμενέεσιν (BE δυσμενέεσσιν), vulgo δυσμενέσσιν; cur Bergkio verba sic constituta minus placeant, aegre intellego), Xenoph. 3, 5: χαίτῃσιν ἀγαλλόμενοι εὐπρεπέεσσιν‖ (difficile est dictu, utrum corruptela lateat in dativo an in participio), in quibus stirps proprie in σ desinit, Sol. 6, 1: ἡγεμόν-εσσι. Theogn. 26:

---

1) In verbis syllaba ζω terminatis dubium non est, quin prius σ ex assimilatione stirpis ultimae consonae natum sit; cum ἐτέλεσσα conferendum est τελεσ stirps substantivi τέλος; θεσσάμενοι radicem θεσ habet; cf. Grundz. p. 230.

πάντ-εσσ'|| *ἀνδάνει* (A, vid. tamen Bergk.) 373: *πάντ-εσσιν*. 306. 897: *ἄνδρ-εσσι*. 522 (Kbcdegl *πλέον ἔστ'*, AO fhmw *πλέον ἔστ'*). 800: *πλεόν-εσσ(ι)*. 559: *κτεάτ-εσσι*. 741: *μακάρ-εσσι*. 833: *κοράκ-εσσι*. 1043: *φυλάκ-εσσι*. 1097: *πτερύγ-εσσιν*.

Denique hae singulae voces duplex *σ* praebent:

μέσσος, quacum conferendum est Latinorum medius, Sanscrit. madhjas: Theogn. 331. 994. 1164. 998 (*μέσσατος*).

τόσσος Arch. hex. 14*: *Γλαῦκ' ἐπίκουρος ἀνὴρ τόσσον φίλος, ἔσκε μάχηται* (recte scripsit Bergkius pro vulgatis *τὸν σόν*). Theogn. 83: *Οὐ τόσσους χ' εὕροις* (Bergk. coni.); et *ὅσσος* Tyrt. 11, 16. Sol. 5, 1. Xenoph. 2, 18. Theogn. 93. 139. 996. In quibus duplex *σ* ex antiquiore *τι* natum esse docet Latinorum tot.

ὀπίσσω Tyrt. 11, 13. Theogn. 735.

δορυσσόος Theogn. (Mimn.) 987.

Consulto in antecedentibus exempla ex fragmentis iambicis et trochaïcis afferre neglexi, ut de eis in unum quasi conspectum redactis facilius iudicare possem.

Atque antiquum *σσ* quidem, ubicunque in. trochaeis legitur, ex eis quae ineunte commentatione exposuimus, non attentandum est. Itaque recte sese habet: Anan. tetr. 5, 8: *ἀλλὰ πᾶσιν ἰχθύεσσιν ἐμπρεπὴς ἐν μυττωτῷ*||. Arch. tetr. 58, 4: Galenus exhibet *ποσὶ καρδίης πλέως*, etiam schol. Hippocrat. *ῥοικὸς ἀσφαλέως βεβηκὼς ποσὶν* (reliquis omissis); apud Dionem Chrysost. *ἀσφαλ. β. καὶ ἐπινοήμασιν δασὺς* vulgo legitür, sed codd. praebent *καὶ ἐπὶ κνήμαισι* (*κνήμεσιν*). Videre licet a Dionis librariis aberratum esse in versum tertium *καὶ περὶ ΚΝΗΜΑΣΙΔΕΙΝ*|| unde *κνήμαισι* in vs. 4 illatum est. Quo facto cum alii *πλέος* sententiae non aptum haberent, *δασὺς* substituerunt. Quam facile autem ex *ἐπικνημαισι* vel *κνημεσιν* oriri potuerit vulgata *ἐπινοήμασιν*, litterarum similitudo docet. Unice igitur veram scripturam servavit Galenus, id quod rectissime vidit Bergkius scribens: *ῥοικός, ἀσφαλέως βεβηκὼς ποσσὶ καρδίης πλέος*||. Deinde Hippon. tetr. 79. pro *δικάσασθαι*,

quod Strabo tradit, Schneidewinus coniecit δικάσσασθαι; quanquam fortasse praeferendum est δικάζεσθαι, quod exhibent Diogenes Laertius, Eudocia, Suidas (bis). Non minus dubium est, utrum fr. 84 cum Meinekio ὑποργάσσαι|| scribendum sit, an cum Bergkio ὑποργῆσαι, an servandum ὑποργάσαι, ita ut purus tetrameter exsistat.

Quod in metro trochaico admitti potest, idem quam maxime abhorret ab iambis puram dialectum Ionicam flagitantibus. Vehementer igitur offendimus in archaismo, qui legitur Arch. tr. 30: ἐσμυρισμένη [3]) κόμας|| καὶ στῆθος, ὡς ἂν καὶ γέρων ἠράσσατο||. At, inquies, reperitur Hipp. tr. 2, 1: ἄμμορος καύης||, quod a vanis coniecturis satis tutum est. Quasi vero omnia una eademque norma dirigenda sint. Etenim ἄμμορος est vox ex Homeri carminibus deprompta. Quocum optime convenit eam, quam ab origine habebat, formam retineri, praesertim cum iam eo ipso, quod in poëtae lingua patria non usitata est, se quasi profiteatur poëticam. Quam cum recipit poëta, non peccat in formatione late patenti, quoniam ratione quadam peculiari formata est; peccaret, si formis uteretur, quae in dialecto patria una cum innumerabilibus aliis diversam normam secuntur. Adde, quod omnino μ geminatum, cum μόρος in fronte consonam non amisisse videatur, debetur tantum consuetudini illi Homericae, ex qua ante nasales μ et ν, quippe quae habeantur in earum consonantium genere quae durantes vocantur, interdum brevis syllaba producitur. — Itaque ἠράσσατο sine haesitatione librariis tribuo Homeri dialectum ab Iade recentiore non accurate distinguentibus. Scribendum videtur ἠρήσατο, aoristus verbi ἐράομαι, quod activam significationem habet. [4]) Similiter Hipp. inc. 127

3) Cum Meinekio (in analectis criticis ad Athenaeum p. 336) probo hanc Wakefieldi coniecturam pro ἐσμυρισμένας.

4) Cf. Π 208 φυλόπιδος μέγα ἔργον, ἕης τὸ πρίν γ' ἐράασθε. Sappho (ed. Bergk.) fr. 13: Ἔγνω δὲ κῆν' ὅτ-||τω τις ἐρᾶται. Theocrit. (ed. Fritzsche) I, 79: τίνος-ἐρᾶσαι. II, 49: κῆπέ μοι ἄλλα

μεσσηγυδορποχέστης ferri non potest, cum non ex tetrametris, [5]) sed necessario ex iambis petitum sit a scholiasta (cf. *μεσηγυδορποχέστα*||).

b) Praeter *σ* haec pauca tantum alius consonae duplicatae exempla reperiuntur:

ὅττι Theogn. 17. 818 (pron.). 1200 (coni.) et *ὁππότε* 531. Call. 1, 8, quae ex *ὅ-τjι*, *ὅ-κjι* et *ὁ-πϝότε*, *ὁ-κϝότε* nata sunt, haec ex stirpibus *ki* et *ka*. [6]) Cf. §. 3.

φερεμμελίης, quod formatum est ad similitudinem Homerici *ἐϋμμ.*, Mimn. 14, 4.

ἔμμορεν Theogn. 234 et *ἄμμορος* Hipp. 2, 1.

ἐν-νέπω, ubi antiquum *σ* radicis *σεπ*, quae conspicitur in Hom. *ἔ-σπ-ετε*, *ἔνι-σπε-ς*, Latinorum in-sec-e [7]), praepositionis *ν* consonae se assimilavit: Hipp. hex. 85, 3 et Sol. mel. 42, 3.

DE VOCALIBUS.

§. 6.

De *η* vocali posita pro *α*.

1) Pro antiquiore *α* longo, quod Aeoles et Dores constanter servarunt, iambographi, ut ab his initium faciamus, aeque atque Homerus et ceteri recentiores Iones in stirpibus et terminationibus, convenienter dialecti mollitiei, *η* vocalem usurpare solent. Pauca illa, maxime 1. declinationis

---

τε πολλὰ καὶ ὡς ἄρα Δελφὶς ἐρᾶται. Lucian. de Syria Dea 17: *τῆς ὁ πρόγονος ἠρήσατο.* —

5) Nam ibi per utrumque hemistichium dispertiendum erat, ita ut caesura principalis prorsus neglecta fuisset, sic fere –◡|–*μεσ*|*σηγυ*|*δορποχέστα*–◡|–◡|◡̄|| id quod credi non licet. Vid. Rossbach und Westphal, griech. Metrik III. p. 149.

6) Grundz. 410. 430; 426. 7.

7) Grundz. 410.

terminationes, in quibus α reperitur, emendanda esse apparet, quoniam huius usus inconstantia illi tempori tributa omni ratione careret, cum in prosae orationis scriptoribus, cum in optimis titulis, qui multo post poëtarum aetatem exarati sunt, ubique η nobis occurrat. Quid? quod in inscriptionibus Sarmaticis 2117—2119 *Θεοδοσίης* et *Θευδοσίης*, 2108 *Δημητρίης* legitur, in Iasensi 2672, Alexandri Magni tempore insculpta l. 5: *μικρῆς*, l. 10: *προεδρίην*, quanquam ibi iam multa vulgaris dialecti vestigia deprehenduntur? Quid? quod non solum in vetustis nummis, sed etiam Caracallae et Severi Alexandri tempore incusis nomen *Ὀλβίη* legitur? Quid? Num ambigi potest de η restituendo inspectis verbis grammatici Cram. An. Ox. I, 265, 6: *τὸ λαὸς ἄτρεπτον ἔμεινε παρ' Ὁμήρῳ, καίτοι τῇ μεταγενεστέρᾳ Ἰάδι τραπέν. Δηὸν δ' ἀθρήσας* [1]. *Ἱππῶναξ* (fr. 88) qui nos certiores faciat etiam iambographos ut ceteros Ionas recentiores vel ubi Homerus α retinuit, η dixisse.

Eodem modo apud poëtas elegiacos, qui in Ionia nati sunt, ubique η restituendum est, ubi apud Homerum et in recentiore Iade apparet, veluti: Call. 1, 16: *ἔμπας*. Xenoph. 1, 4: *κρατήρ*. Aliam enim dialectum sequi non poterant. *λαὸς* formam fortasse ex Homero retinuerunt Call. 1, 18. Xen. 2, 15.

Difficilior est quaestio de ceteris poëtis, qui non sunt Ionicae stirpis. Cum enim etiam in aliis rebus epicam patria dialecto temperaverint, idem videtur statuendum esse, ubi α traditum est [2]).

Atque in Solonis quidem reliquiis exstant (dativos pluralis I. decl. infra afferam): eleg. 4, 1: *ἡμετέρα*, 25: *πραθέντας*, 26: *βίᾳ* (legitur *βία* apud Demosth.), 32: *δυσνομία*,

---

1) Cum Bergkio δ' inserui, ut haec verba ad iambos revocentur.

2) Cf. Schneidewini egregium libellum, cuius titulus est: „Beiträge zur Kritik der poëtae lyr. Graeci, Göttingen 1844“ pag. 48, ubi censet α maxime post ρ positum esse.

33: εὐνομία, 35: τραχέα, 38: πραΰνει; 9, 2: λαμπρᾶς sic Diod. Sicul. et Plut., contra Diog. L. λαμπρῆς, 5: ῥᾴδιον (Diod. Sic. cod. ῥαΐδιον); 11, 1: ὑμετέραν Diod., contra η Diog. L., Plut. — tetr. 32, 3: μνάνας; 33, 3: ἄγραν, 6: ἡμέραν (facile poterat corrumpi propter μίαν). tr. 36, 5: ἐλευθέρα, 7: πραθέντας, 14: βίαν Aristid., contra Plutarch. η; 37, 3: δρᾶσαι.

Ut de iambis et trochaeis priore loco iudicium faciam: hoc pro certo sumere licebit, η ubicunque exstat, non illatum esse a librariis, nam analogia tragoediae et comoediae satis edocti erant ab his metris η vocalem, ubi non est in lingua Attica, apud Atticos poëtas alienam esse. Illatum vero esse η in Solonis fragmenta statuendum esset ei, qui α genuinum haberet. Nam certe nemo poëtae largietur inconstantiam quae exsisteret, si probaremus cum scripturam illorum tum horum locorum: tetr. 32, 2: βίης (34, 2: δήϊοι), tr. 36, 8: ἀναγκαίης, 11: δουλίην. Iam hac de causa suspitio oritur α librariis deberi. Quam facile illi homines in errorem induci poterant, qui lingua Attica assueti essent, qualem ex prosae scriptoribus et certe etiam ex poëtis scaenicis cognitam habebant. Qua re simul fides formarum in elegiis per α scriptarum aliquanto imminuitur.

Quid? si luculentis exemplis demonstrabo veterem dialectum Atticam etiam in hac re non tam diversam fuisse ab Iade, quam a multis credi videtur.

Antiquo enim tempore, Clisthenis nisi me fallit opinio, ab Atticis η in dativis 1. decl. adhibitam esse, testimonio est Demosthen. XLIII (πρὸς Μακάρτατον), ubi §. 51 ex antiqua lege afferuntur: Ὅστις ἂν μὴ διαθέμενος ἀποθάνῃ, ἐὰν μὲν παῖδας καταλείπῃ θηλείους, σὺν ταύτῃσιν, ἐὰν δὲ μή, τούσδε κυρίους εἶναι τῶν χρημάτων. Immo vero ne in altero quidem quinti saeculi dimidio evanuerat in senatus et populi Atheniensis actis, quales antiquioris usus tenaciores esse solent. Leguntur enim dativi pluralis in ησι vel ῃσι exeuntes Corp. I. I, 71, col. b, 5—10: τοῖς μύστ-[ῃσ]ιν καὶ τοῖ[ς ἐπό] πτῃσιν, 25. 6: ἐν τῇ[σι] πόλεσιν, 30. 31:

ἐν τῆ[σιν] αὐτῆσι πόλε[σ]ιν, cuius inscriptionis actatem Boeckhius circa Ol. 82—83 definit („licet litterae sane antiquas formas retineant"), 73 c, A, 5: ἐπὶ τῆσι [δ]ίκη[σι (Boeckh. scr. δίκη[σι), quam Boeckhius in Ol. 84, 1 aut paullo post poni posse dicit; Rangabéi sylloges („antiquités Helléniques") vol. I, 114 („Comptes rendus des recettes d'Athènes"? [3]), l. 1: τοῖς ἐπιστάτησι, quae inscriptio hoc viro docto auctore pertinet ad Ol. 86, 3; 123, l. 2: τοῖς ἐπιστάτ]ησι, quae ab A. Kirchhoffio recte refertur ad initium Ol. 86, 2 vel 3 [4]); in titulo qui inscriptus est „Μεθωναίων ἐκ Πιερίας", quem optime edidit A. Kirchhoffius [5]), l. 14. 15: τῶν ὀφειλημάτων τῶν ἐν τῆ[σι στή|λη]σι, l. 43: τῆσι πόλεσι, cuius tituli decretum primum Kirchhoffius posuit Ol. 87, 2—88, 2, secundum et tertium Ol. 88, 3 (quartum deperditum Ol. 89, 1); in tabula quaestoria, quam edidit Kirchhoffius [6]), l. 24. 25: Θούδιππος εἶπε ὁπόσ||[ησι πό]λεσι φό-

3) Boeckhius in libro, qui inscribitur: „Staatshaush." II, p. 340, XVI „Bruchstuecke von Abrechnungen von Vorstehern öffentlicher Werke", ubi nr. 2 *hic titulus* affertur, optime refutavit Rangabéi sententiam.

4) „Bemerkungen zu den Urkunden der Schatzmeister der anderen Goetter", Abhandlungen der Berliner Akademie der Wissenschaften 1864, pag. 25. Antea non recte a Boeckhio l. c. p. 344, 3, ubi legitur, praeeuntibus Rossio et Rangabéo ad Ol. 93, 4 relata erat.

5) „Ueber die Chronologie der attischen Volksbeschluesse fuer Methone", Abhandl. der Berl. Akad. 1861. l. 14. 15 restituit Kirchhoffius pag. 561 Not.; antea scribebant: ἐν τῆ[σι πό||λε]σι, vel τῆ[σι π., sic Rangabéus in Syllog. 250, quanquam sequitur infra τῆσι πόλεσι. In fine secundi decreti Sauppius „Inscriptiones macedonicae quatuor", Weimar 1847, pag. 6. I. „inscriptio methonensis scripserat" ὅτ]ι δὲ[δεῖ τ]ῆσι πόλε[σι χ]ρηματίσαι; sed ibi potius cum Kirchhoffio (pag. 583) restituas: [περ]ὶ δὲ [Ἡγ]ησιπό [λ]ε[ως] vel [Τιμ]ησιπό[λ]ε[ως] vel [Ἡγ]ησιπο[λ]έ[μου]. — De aetate secundi et tertii decreti cf. pag. 574 (quarti pag. 586), primi (quod omnes fere ad Ol. 89, 2 rettulerant, ipse Kirchhoffius pag. 592 ad Ol. 87, 4) pag. 606 et „Bemerkungen zu den Urkunden d. Schatzm." pag. 27. 8.

6) „Ueber die Chronologie der att. Volksb. f. Meth." pag. 605. 6, Beilage IV.

ρος, l. 27: ἔτα]ξεν τὸμ φό[ρον τῆ]σι πόλεσιν ἡ βουλή, l. 11: pertinet ad Ol. 88, 4. 7)

Exemplum, ubi η in vocum stirpe conspicitur, habes in προνήϊον: C. I. I in tabulis magistratuum 138, 6: ἐν τῷ προνηΐῳ etc., ex Ol. 87, 3—88, 2; 142, 5: [ἐν τῷ π]ρονηΐῳ ex Ol. 91, 3—93, 2, Rangabéi syll. I, 90 + 91, 92 [restitutum est: 95, 4: ἐν τῷ προνη]ΐῳ; 96, 4: ἐν τῷ προν[ηΐῳ], quae sunt exaratae Ol. 86, 3. 86, 4 [90, 3—4. 91, 1—2]. Contra

7) Quod praeterea reperitur τοῖς ταμίασι(ν) C. I. I, 137—140 inde ab Ol. 86, 3—89, 2 expressis, L. Rossi sylloges inscr. „Die Demen von Attica" nr. 9, l. 12. 23. 24, ex Ol. 88, 2, Rangabéi sylloges I, 90 et 91 ex Ol. 86, 3 [restitutum est 92 = Kirchhoff. „Bemerk. zu den Urk. etc." pag. 19, Beilage II., secundum Rangab. ex Ol. 86, 4, rectius Kirchhoffio auctore ex Ol. 87, 1] 93, ex Ol. 87, 3—4, 100 et 101 = Kirchh. Bemerk. pag. 19 sqq. Beil. III. ex Ol. 87, 1—2, 102 ex Ol. 87, 3—4, 103, 105 ex Ol. 88, 1—2, 86, 4, 106, quod supplevit Kirchhoffius Bemerk. pag. 14 sqq. Beilage I ex Ol. 87, 1, 107 ex Ol. 87, 2, postremo Kirchh. Bemerk. pag. 26 Beilage IV, cuius fragmentum Rangab. 109 continet. l. 2 τοῖς ταμ]ίασι, quae inscriptio Ol. 90, 2 exarata est, meae sententiae non repugnare quisque intelleget. Haec enim forma, quae ad analogiam locativorum ut Πλαταιᾶσι, ὥρασι (Ὄησι, Ἀλωπεκῆσι) etc. formata est iota non ascito, tribuenda est secundae periodo, ubi α iam magnam partem dominabatur.

αις, ut hoc addam, primum deprehenditur C. I. 141, 2 etc. in τοῖς ταμίαις ex Ol. (89, 3—) 90, 2; et 76, 6: τοῖς Ἑλληνοταμίαις, 18: Ἀθηναίοις ταμίαις, quod decretum circiter Ol. 90, 2 scriptum est. Rangabéi enim syll. 116 + 117 (continuatur Kirchhoff. Bem. pag. 27. 8. Beilage V), ubi l. 26 legitur Ἑλληνοταμίαις, non cum Boeckhio ad Ol. 89, 1 referendum est, sed cum Kirchhoffio ad Ol. 90.

Apparet igitur, circa Olympiadem 90 breviorem formam ταμίαις in longioris locum successisse, neque minus, valde dubiam esse Rangabéi rationem, qui vel his titulis formam ταμίασι restituit: 95 ex Ol. 90, 3—4, 96 ex Ol. 91, 1—2, 98 et 99, ubi (cf. Kirchhoff. Bem. pag. 48 sqq. Beilage VII, l. 49) [Ἑλληνοταμ]ίαις legitur, ex Ol. 93, 1 et 2, 104, ubi Rangabéus utramque formam posuit ex Ol. 91, 3—4, 111 ex Ol. 91, 4. — Forma αισι iam antea praeter ησι apparet in titulo Methonensi supra allato: l. 38. 39: μυρίαισι δρ[αχ||μα]ῖσι in secundo decreto.

legitur: ἐν τῷ προνέῳ: 93, 94 (προνέ[ῳ?) 97, 3 (ubi falso R. scripsit προνηΐῳ), 98, 24, quae sunt ex Ol. 87, 3—4. 88, 2. 92, 4. 93, 1—2.

Jam vestigia antiquioris consuetudinis, cum vel tot annis post Solonem nondum prorsus exstincta essent, quis tandem negare audebit etiam ipsa Solonis aetate η vocalem saltem, ut ita dicam, imperium tenuisse?

Deinde apud Tyrtaeum inveniuntur: in embateriis 15, 1: Σπάρτας, 2: πολιατᾶν (Dion. Chrysostomi codd. η exhibent, cf. tamen Pindar. Isthm. I, 51, ubi est πολιατᾶν Doricae rationi accomodatum; facile librarii in voce ex epica dialecto sumpta ad Ionicam consuetudinem aberrare poterant), 3: λαιᾷ, 5: τᾶς ζωᾶς, 6: τᾷ Σπάρτᾳ. 16*: Σπάρτας, τὰν κίνησιν (sic recte Hephaest. DE, nam quod Bergkius recepit κίνασιν, hyperdoricum est [8]). In his carminibus formas Doricas nemo mirabitur.

In elegias inquirentibus ante omnia seponendus est versus 3, 1: ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ex quo nihil colligitur, quia ipsius oraculi Delphici verba continere dicitur. Quod 4, 4 ubi Diodorus Sic. habet Σπάρτης, Plutarchus ας (α facile corrumpi poterat, quoniam Attici Σπάρτη dicebant), veri dissimile non est poëtam ipsius terrae Laconicae nomen immutatum retinere voluisse. Jam restant: 10, 4: ἀνιαρότατον (optimi Lycurgi codd. AB ἀνιαρώτατον exhibent, idem L a pr. m., P ἀνιαρότατον); 10, 10: ἀτιμίᾳ, 16: φυγῆς αἰσχρᾶς; 12, 17: αἰσχρᾶς δὲ φυγῆς; 11, 5: ἐχθρὰν—ψυχήν.

Denique apud Theognidem legitur in A codice, duce nostro praestantissimo:

256: πρᾶγμα (in AKO bcdfglmn, ceterum vss. 255, 6 procul dubio Theognidis non sunt, sed epigramma Deliacum), 644: πράγματι, 642: πράγματος, 1051: πρᾶξης (in

8) Ahr. II, 149.

A K). — 120: ῥᾴδιον. 429: ῥᾷον. 1220: ῥᾴδιον. — 323: σμικρᾷ et 888. 1210: πατρῴας γῆς (codd. omnes). 582: ἀλλοτρίην. 607: μικρά (A K Stob.) 1059: Τιμαγόρᾱ, πολλῶν (Camerarius, τιμαγοραπόλλων A, τιμᾶ γὰρ ἀπόλων K, τιμᾶ γὰρ ἀπόλλων ceteri). 93: ἄν (A K O, εἰ ceteri, ἤν recte Welcker). 682 vulgo ἄν (ἤν Schneidewin). — 84. 856: ναῦς. 680: ναῦν. —

1361 (mp.) ναῦς. 1305: παιδείας (1348: παιδείης). 1327: λείαν (Bekker, λίαν A).

In aliis exemplis vero A η praebet, ceteris omnibus fere in α conspirantibus:

126: πρὶν πειρηθείης A, πειρασθείης g, πειραθείης ceteri cum Arist. et Apost. 270: ἐχθρή A, rel. ἐχθρά. 1188: δυστυχίην A, ceteri α. 664: μιῇ A O, cet. ᾷ.

Exempla allata perlustrantem hoc praeterire non potest, voce ναῦς excepta, de qua infra dicemus, in omnibus fere vocibus α vocalem puram esse. Itaque sunt, qui censeant poëtas in his solis patriam dialectum sequi voluisse. Cui sententiae obstant tamen libri manuscripti. Multo enim pluribus locis (apud Tyrtaeum η habes: 10, 8 στυγερῇ πενίῃ; 11, 24: εὐρείης, 25: δεξιτερῇ; 12, 3: βίην, 22: τρηχείας φάλαγγας, 8: Ἀδρήστου etc.; quod apud hunc poëtam exempla contraria numero non tam inferiora sunt, quam apud Theognidem, in mentem tibi revoces quam multa fragmenta Theognidis habeamus, quam pauca Tyrtaei, ac quam diversa ratione utraque tradantur), etiam in eisdem vocibus, η traditum est. Exemplis luculentissimis utar. Apparent: πρῆγμα: 70. 80 (solus Themist. α). 204 (πράγματος e l, πράκτορες margo g). 659 (α: K). πρῆξις: 73. 1026. 1027. διαπρήξουσι: 553. πρῆξαι: 661. πρήξας ἔπρηξα: 953. ἀπρήκτοισι(ν): 461. 1031. πρήγματος ἀπρήκτου: 1075. et ῥηΐδιος: 239. 524. 592. 1034. 1027. ῥήδιος: 574. 577 (e ῥάδιον). — (1370 [mp.] ῥήτερον).

Forsitan putaverit quispiam ceteris illis locis α in η corruptum esse. At haec sententia omni probabilitate caret.

Quis tandem negare poterit a librariis lingua Attica assuetis multo facilius α invehi potuisse quam η? Nonne etiam apud Ionicos poëtas et Solonem saepe α falso pro genuina η vocali scriptum vidimus? Denique qui vel his monitis non patitur, quin α purum sibi eripiatur, huic opponam, eum sine ulla iusta causa poëtae invito regulam Atticae dialecti obtrudere conari, quam dialectus Dorica prorsus ignorabat. — Neque minus dubito quin vss. 84 et 856 ναῦς corrigendum sit; η habes 970: νηῦς (A). 12: νηυσί. 513: νηός. — 680 vero ναῦν forma corruptelam non traxit. Cum enim brevior forma νηῦν ab Ionibus bonae aetatis prorsus aliena esset, poëta eam non poterat nisi ex patria dialecto accipere. Elucet autem ab eo formam illam insertam esse, cum breviori pentametro versui (δειμαίνω μή πως ναῦν κατὰ κῦμα πίῃ) magis idonea esse videretur. Fortasse etiam vs. 1059 poëta Τιμαγόρα retinuit, cum esset nomen proprium Doricum.

Eos vero, qui opinentur α vocalem tamquam piperis granum hic et illic insertum esse a poëta, ut carmina nescio quam mirificam Doricam acerbitatem saperent, quaero, ut exemplo utar, quidnam efficere voluerit poëta 643. 4: Πολλοὶ γὰρ κρητῆρι φίλοι γίνονται ἑταῖροι, | ἐν δὲ σπουδαίῳ πράγματι παυρότεροι dicens? Quam varietatem, ut a poëta manasse credat, certe nemo adducetur [9]). — Ceterum in hanc quaestionem in ultima §. recurram.

2) Multo artioribus finibus circumscriptus est usus η vocalis pro α, quam ceterae dialecti corripuerunt. Huc spectant nonnulla feminina 1. decl. in εια et ια: Sim. 1, 6 ἐπιπειθείη. Arch. tetr. 78, 5 ἀναιδίην (Dindorf; „libri Athe-

9) Ne Bergkius quidem πράγματι retinuit, quamvis aliis locis α intactum relinquat et (in annotatione ad vs. 84) vel α revocari iubeat vs. 970 in ναῦς; contra vs. 12 „epicum" νηυσί consulto servat. Cur idem tamen vs. 513 tacite νηὸς, quod non positum sit in formula epica, ex codicibus receperit, non intellego.

A K). — 120: ῥᾴδιον. 429: ῥᾷον. 1220: ῥᾴδιον. — 323: σμικρᾷ et 888. 1210: πατρῴας γῆς (codd. omnes). 582: ἀλλοτρίην. 607: μικρά (A K Stob.) 1059: Τιμαγόρᾱ, πολλῶν (Camerarius, τιμαγοραπόλλων A, τιμᾶ γὰρ ἀπόλων K, τιμᾶ γὰρ ἀπόλλων ceteri). 93: ἄν (A K O, εἰ ceteri, ἤν recte Welcker). 682 vulgo ἄν (ἤν Schneidewin). — 84. 856: ναῦς. 680: ναῦν. —

1361 (mp.) ναῦς. 1305: παιδείας (1348: παιδείης). 1327: λείαν (Bekker, λίαν A).

In aliis exemplis vero A η praebet, ceteris omnibus fere in α conspirantibus:

126: πρὶν πειρηθείης A, πειρασθείης g, πειραθείης ceteri cum Arist. et Apost. 270: ἐχθρή A, rel. ἐχθρά. 1188: δυστυχίην A, ceteri α. 664: μιῇ A O, cet. ᾷ.

Exempla allata perlustrantem hoc praeterire non potest, voce ναῦς excepta, de qua infra dicemus, in omnibus fere vocibus α vocalem puram esse. Itaque sunt, qui censeant poëtas in his solis patriam dialectum sequi voluisse. Cui sententiae obstant tamen libri manuscripti. Multo enim pluribus locis (apud Tyrtaeum η habes: 10, 8 στυγερῇ πενίῃ; 11, 24: εὐρείης, 25: δεξιτερῇ; 12, 3: βίην, 22: τρηχείας φάλαγγας, 8: Ἀδρήστου etc.; quod apud hunc poëtam exempla contraria numero non tam inferiora sunt, quam apud Theognidem, in mentem tibi revoces quam multa fragmenta Theognidis habeamus, quam pauca Tyrtaei, ac quam diversa ratione utraque tradantur), etiam in eisdem vocibus, η traditum est. Exemplis luculentissimis utar. Apparent: πρῆγμα: 70. 80 (solus Themist. α). 204 (πράγματος e l, πράκτορες margo g). 659 (α: K). πρῆξις: 73. 1026. 1027. διαπρήξουσι: 553. πρῆξαι: 661. πρήξας ἔπρηξα: 953. ἀπρήκτοισι(ν): 461. 1031. πρήγματος ἀπρήκτου: 1075. et ῥηΐδιος: 239. 524. 592. 1034. 1027. ῥήδιος: 574. 577 (e ῥάδιον). — (1370 [mp.] ῥήτερον).

Forsitan putaverit quispiam ceteris illis locis α in η corruptum esse. At haec sententia omni probabilitate caret.

Quis tandem negare poterit a librariis lingua Attica assuetis multo facilius α invehi potuisse quam η? Nonne etiam apud Ionicos poëtas et Solonem saepe α falso pro genuina η vocali scriptum vidimus? Denique qui vel his monitis non patitur, quin α purum sibi eripiatur, huic opponam, eum sine ulla iusta causa poëtae invito regulam Atticae dialecti obtrudere conari, quam dialectus Dorica prorsus ignorabat. — Neque minus dubito quin vss. 84 et 856 *ναῦς* corrigendum sit; η habes 970: *νηῦς* (A). 12: *νηυσί*. 513: *νηός*. — 680 vero *ναῦν* forma corruptelam non traxit. Cum enim brevior forma *νηῦν* ab Ionibus bonae aetatis prorsus aliena esset, poëta eam non poterat nisi ex patria dialecto accipere. Elucet autem ab eo formam illam insertam esse, cum breviori pentametro versui (*δειμαίνω μή πως ναῦν κατὰ κῦμα πίῃ*) magis idonea esse videretur. Fortasse etiam vs. 1059 poëta *Τιμαγόρα* retinuit, cum esset nomen proprium Doricum.

Eos vero, qui opinentur α vocalem tamquam piperis granum hic et illic insertum esse a poëta, ut carmina nescio quam mirificam Doricam acerbitatem saperent, quaero, ut exemplo utar, quidnam efficere voluerit poëta 643. 4: *Πολλοὶ γὰρ κρητῆρι φίλοι γίνονται ἑταῖροι,* || *ἐν δὲ σπουδαίῳ πράγματι παυρότεροι* dicens? Quam varietatem, ut a poëta manasse credat, certe nemo adducetur[9]. — Ceterum in hanc quaestionem in ultima §. recurram.

2) Multo artioribus finibus circumscriptus est usus η vocalis pro α, quam ceterae dialecti corripuerunt. Huc spectant nonnulla feminina 1. decl. in *εια* et *ια*: Sim. 1, 6 *ἐπιπειθείῃ*. Arch. tetr. 78, 5 *ἀναιδίην* (Dindorf; „libri Athe-

---

9) Ne Bergkius quidem *πράγματι* retinuit, quamvis aliis locis α intactum relinquat et (in annotatione ad vs. 84) vel α revocari iubeat vs. 970 in *ναῦς*; contra vs. 12 „epicum" *νηυσί* consulto servat. Cur idem tamen vs. 513 tacite *νηός*, quod non positum sit in formula epica, ex codicibus receperit, non intellego.

naei, ut videtur, ἀναίδειαν vel ἀναιδείην“) qua in voce etiam veteres Attici antiquiorem (ab origine ᾱ) vocalem longam servarunt. Mimn. 8, 1 ἀληθείη. Xen. 1, 24 προμηθείην. Theogn. 291. 648 ἀναιδείη (O ἀναιδίη). Priscianus 7, 7 etiam affert (fr. 188) „Hipponax εὔηθες κριτὴ pro κριτά.“ Praeterea in stirpe vocum η apparet Arch. tr. 43: in ἦκη, quod in Etym. M. inepte ab ἥκω derivatur; pertinet potius ad radicem ἀκ; longam vocalem habes in Homerico εὐηκὴς et in Hesychi glossa ἠκή· ἀκωκή, ἀκμή, atque in Latinorum ācer. Callinus (fr. 5) dixisse refertur a Strabone Ἡσιονεῖς Asiae incolas, cf. Hesych. s. v. Ἡσιονεῖς, Steph. Byz. s. v. Ἡσιονία.

§. 7.

De diphthongis et vocalibus productis.

Saepe dialectus Ionica, ubi in aliis dialectis, praecipue in Attica, simplex vocalis apparere solet, antiquiorem diphthongum ostendit, quae vel ab origine erat vel saltem consona aliqua eiecta ex vocali simplici nata est. Nonnullae formae, quibus elegiaci usi sunt, vetustioris solius Iadis propriae sunt.

1) Ac primum quidem plenius αι pro α positum videmus in:

αἰεὶ sive αἰὲν adverbio, quocum conferas Latinorum aevum, Gothorum aiv-s [1]), Tyrt. 5, 5. Mimn. 1, 7. Sol. 13, 4. Theogn. (plus quam viginti locis, ut:) 354. Sim. 1, 4 (scripsit Bergk.), et αἰέν: Xen. 1, 24. Theogn. 631 etc. Pro vulgari forma ἀεί, quae legebatur Theogn. 634, nunc recte a Bergkio τοι scriptum est, quippe quod A optimus exhibeat. Idem vir doctus recte restituit Sim 7, 65 formam Ionicam: αἰεὶ δὲ χαίτην ἐκτενισμένην φορεῖ, pro ἀεὶ, quod ab omnibus Ionibus alienum est, neque defendi licet voce

1) Grundz. p. 345.

ἀειφυγίῃ bis in Amph. 2008 obvia, quoniam titulus multo recentioris temporis est. [2]) Contra in vetustissimo Hal. l. 37 scriptum est: φεύγειν α[ἰεὶ].— ‖, atque in Jasensi 2672 Alexandri Magni demum tempore exarato l. 10 servatum est αἰεί, quanquam pleraque vulgaris dialecti sunt. Omnino plenior syllaba antiquiore tempore omnium dialectorum propria fuisse videtur, nam etiam in vetustissimo titulo Crisaeo αἰϜεὶ legitur, in inscriptione Attica, quae anno 409—408 vel paullo post insculpta est, l. 13 τὸν αἰεὶ βασιλεύσαντα [3]).

αἰετός: Archil. epod. 86, 2: καἰετός

ἀγαίομαι Arch. tr. 25, 2, καίω Theogn. 1145, κλαίω Theogn. 931. 1041. 1132 (Mimn.) etc. Arch. el 13, 1. tr. 20, in quibus ab origine j erat. καίω ne ab Atticis quidem alienum est. Apparet autem non recte coniecisse Bergkium in iambis Solonis 37, 3: αὖϑις δ' ἃ τοῖσι συνετάροις δρᾶσαι (scil. ἥνδανεν) ubi vulgo legitur corruptum ἀτέροις, cum ἕταρος epicae modo dialecti propria sit.

2) Deinde antiquius ει, quod respondet ε vocali ceterarum dialectorum, ab Ionibus in multis vocabulis servatum est, a recentioribus tamen tantum ante liquidam, quae a Lesbiis plerumque geminari solet ε vocali non producta. Huc spectant:

εἵνεκα Sim. 7, 118. Theogn. 46. 730 etc. Conferas Lesbiorum ἔννεκα.

εἰρωτάω Theogn. 519.

ξεῖνος, ubi ει ex consona eiecta natum esse docet ΞενϜάρης in inscriptione Corcyrensi, ΞένϜων in vase Corinthio, πρόξενϜος in Menecratis sepulcro [4]) et Lesbiorum

---

2) fortasse tamen accentus in fine positus correptionem postulabat.

3) ed. U. Koehler in diario inscr.: Hermes, Zeitschr. fuer class. Philol. II, 1 (1867) No. 6. Eodem modo Poppo proleg. p. 211 testatur Thucydidis codices saepe hanc formam praebere.

4) R. Bergmann „Griech. Inschriften von Korkyra“ pag. 136 sqq. in Herm. II, 1.

ξέννος: Sim. 7, 19. 29. 107 Theogn. 521 etc. Arch. el. 19, 2, et ξείνια 7.

πείρατα, quod apud Lesbios πέρρατα sonasse videtur [5]), Arch. tetr. 55. Sol. 16, 2. Theogn. 140. 1078. 1172.

χειροῖν Sol. 13, 50. 62. quae forma sola praeter dativum pluralis χερσὶν apud Atticos ε habere solet, quanquam in ceteris casibus ut apud Ionas ει apparet. Etiam in hac voce cuius stirps est χερι Lesbii geminatione χέρρες etc. usi sunt.

His addendus videtur comparativus πλείων, cuius stirps est πλε [6]), unde nascitur πλε-ίων: Sim. 2, 2 πλεῖον ἡμέρης μίης. || Itaque quod Arch. tetr. 58, 4 πλέος brevior forma adiectivi eiusdem stirpis legitur, hoc tribuendum est licentiae, ex qua in tetrametris epicas formas admitti licet. Cum tamen Herodotus [7]) (et fortasse ceteri scriptores) semper in πλεῖον aeque atque in πλεῖος iota omittat, putaveris Simonidis locum usui Ionico repugnare. At illam sententiam satis confidenter refello nisus analogia femininorum adiectivorum, de quibus infra agam. Apud Theognidem plenior forma legitur: vs. 702 πλείονα. 907 πλείω χρόνον etc. — Solon tetr. 32, 4: πλέον γαρ ὧδε νικήσειν δοκέω || fortasse ad Atthidis normam dixit.

E contrario in multis vocibus recentiores Iones, omnes ut videtur, cum ceteris dialectis formam pristinam deseruerunt. Haec enim tantum apud poëtas elegiacos et in tetrametris leguntur:

ἀποπνείω, ubi ab origine j erat, Tyrt. 10, 24.

δειδιότες Theogn. 764 et δείδιθι 1179, ubi redu-

5) Ahr. „de dialectis Aeolicis et pseudaeolicis", sive „de Graecae linguae dialectis lib. I" p. 60.

6) Grundz. 254.

7) Bredov. 153 sqq. — Quidnam Hippocrates scripserit, in dubio adhuc relictum est; nam tam saepe fere ει atque ε vocalis reperitur. — Apud Anaxagoram legi fr. 6: ἐπὶ πλέον, 13 πλέω, apud Melissum §. 14 πλέον et τοῦ πλέου καὶ τοῦ μὴ πλέον.

plicationis syllaba producta ex δέ-δjι-α per epenthesin quandam litterae j nata est, nisi forte similiter atque in δει-δί-σ-κ-ομαι ex δι aucta est.[8])

εἰαρινός: Theogn. 1276, quod ex Ϝεσαρινὸς natum est[9]). Contra in ἔαρι, quod legitur Anan. tetr. 5, 1 digamma prorsus neglectum est.

εἰν-άλιος: Theogn. 576. At Archil. tetr. 74, 8: ἐνάλιος legimus.

κρεῖας, quam formam ex antiquiore κρεϜ-jα-ς natam esse docet Sct. kravja-m[10]): Anan. 5, 3 κρεῖας || (falso Athenaei libri κρέας exhibent). Recentior forma apparet Sim. 24, 1 (κρέα neutr. plur.) Hipp. tr. 77: ⏓–⏑– κρέας| ἐκ μολοβρίτου συός. || Ne quis hanc synizesin molestam habeat: ας brevis syllaba, quippe quae ante caesuram, ubi desinit ordo metricus prior, locum habeat, vim fere longae syllabae sibi vindicat. Sic apud Homerum saepe invenis in versus fine εα, veluti Διομήδεα, quin etiam ἀνδρόμεα κρέα || ι 347 dixit. Archil. el. 9, 7 exhibet ἐς ἡμέας || . Conferas Herodae mimiamb. 6, 2: ἡμέας καθέλκει —. Summam vero similitudinem cum hoc loco habet Arch. tr. 27, 2 σήμαινε καί σφεας ὄλλυ' —. || Inde simul apparet hoc frustulum a criticis nullo iure attentatum esse.

λειαίνω, ubi ι ab origine fuisse, λεῖος a quo descendit demonstrat: Sol. 4, 35.

ὑπειρέχω, cuius compositi prior pars ex ὑπερι nata est[11]): Theogn. 757.

χρεῖος Theogn. 1196.

Praeter has tamen formas pleniores in elegiis ut iam apud Homerum saepissime recentiores inveniuntur, sic: Sol. 23, 2: ξένος. Theogn. 518 ξενίης. 605 πλέονας (quanquam vs. 606 insequitur πλεῖον). 800 πλεόνεσσι. 488 τοὔνεκα. 854

---

8) Grundz. 586.
9) Grundz. 348.
10) ibid. 142 sq.
11) 261.

οὕνεκα. Xen. 2, 19 *τοὕνεκεν*. Theogn. 780 *δέδοικα*. 777 *ἦρος*. 205 *χρέος* etc. Quam aliena fuerit plenior *εἵνεκα* forma ab Attica dialecto, optime cognoscimus ex Sol. tr. 37, 5 *τῶν οὕνεκ'*.

In aliis vero vocibus, ubi non solum Homerica, sed etiam Attica lingua pleniorem formam praebet, vel ipsi elegiaci, qui stirpis Ionicae sunt, consentientes cum popularibus suis et Doribus [12]) breviore forma utuntur, adducti ut videtur consona duplici sequentis syllabae.

Eius generis sunt haec:

κρέσσων, quod ex *κρετjων* [13]) natum est epenthesi, quae in *κρείσσων* conspicitur, non adhibita: Phocylidis 5, 2 (Dion. Chrys. MAv, rel. *κρείσσων*). Hipp. tetr. 79 (ubi Strabo *κρέσσον* servavit, contra Diog. Laert., Eudoc.: *κρεῖσσον*, Suid. *κρείσσων* (altero l. B *κρεῖσσον*), Schneidewinus recte *κρέσσων* restituit). Anan. tr. 3, 3: *κρέσσω* (Athen. et apud Stob. B, sed A *κρεῖσσον*, Vind. ut vulgo *κρείσσω*). Theogn. 218. 618. 631. 996, unde corrigendum est 1173 (et 1074) et

μέζων quod e *μεγ-jων* natum est: Theogn. 338. 517, quibus locis omnes codd. falso *ει* exhibent.

Paullo aliter res sese habet in

ἐς praepositione; quae cum ex *ἐνι-ς* nata sit [14]), apparet in *εἰς* forma originem accuratius servatam esse. Brevior forma etiam apud Homerum sola fere usitata est, ubicunque metrum eam admittit. Eandem rationem sequi videntur elegiaci, qui sunt Ionicae gentis. Cf. Mimn. 9, 3 *ἐς δ' ἐρατήν*. 12, 9 *γαῖαν ἐς Αἰθιόπων*. 5, 2 *ἐςορῶν*. Arch. el. 9, 7 *ἐς ἡμέας*. Dubium est, quam rationem ingressus sit Theognis. Tyrtaeus et Solon, ubicunque licet, longiorem formam ponere videntur, cf. Tyrt. 11, 4 *εἰς προμάχους*, 10 *εἰς κόρον*. Sol. 2, 5. 4, 18. 9, 3 etc.; tr. 36, 6: *εἰς θεόκτιτον*, 36, 17 *εἰς ἕκαστον*. Apud iambographos Ionicos in iambis brevior

12) Ahr. II, 188 sq.
13) Grundz. 610.
14) 277.

forma reperitur: Sim. 7, 105 ἐς μάχην 106 οὐδ' ἐς οἰκίην ‖. Hipp. tr. 6: ἐς φαρμακόν. Addas Arch. tetr. 52: ἐς Θάσον. Longiorem formam in tetrametris adhibitam videmus, ubi altera metro non idonea est: Arch. 74, 6 εἰσορῶν. 78, 2 εἰσενεγκών 5 εἰς ἀναιδίην. Contra corrupta habenda sunt Hipp. tr. 46, 2 εἰς Μίλητον. 48* εἰς ἄκρον. Praeter prosae scriptores etiam optimi tituli nos monent, ut ita sentiamus. Nam ἐς legitur in Hal. l. 40 ἐς Ἁλικαρνησσόν, in Teïo 3044, B 47 ἐς γῆν, 48 ἐσάγεσθαι, 51 ἐσαχθέντα, in Sig. 8: ἐς πρυτανήϊον, Amph. 2008, 16 ἐς στήλην, Ephes. 2953, 6 ἐς τὴν δεξιήν. —

Propter duplicem consonam Iones recentiores etiam digamma [15]), quod ab origine erat in fronte verbi ἔργω prorsus neglegentes non cum Atticis εἴργω dixerunt. Itaque corrigendum est Anan. tr. 3, 1: Εἴ τις καθείρξαι· χρυσὸν ἐν δόμοις πολλόν ‖. Idem dicendum videtur de locis Theognideis vss. 686. 710. 1180, ubi vulgo εἴργω legitur, cum brevior forma vetustioris quoque Iadis praeter ἐέργω propria sit.

δείξω contra Sol. 10, 1 et ἔδειξε Theogn. 500 certe recte sese habent. Soli enim recentiores Iones δέξω et ἔδεξα dicebant.

Postremo Herodotus quidem in femininis adiectivorum vulgo in υς, εια, υ exeuntium iota omittit aeque ac Lesbii et Dores [16]), apud quos hic usus vel latius patet; sed tamen cum nullum talis correptionis exemplum apud iambographos exstet, ubique plenior forma appareat: Arch. inc. 185 παχεῖα. Sim. 7, 66 βαθεῖαν. 75 βραχεῖα. Hipp. tr. 19, 2 δασεῖαν, 3 δασείῃσιν. 47, 2 Τρηχείης τε καὶ Λέπρης ἀκτῆς, statuere cogimur hanc litterae „mobilis" iota omissionem non omnium Ionum propriam fuisse. Idem colligi potest ex Democriti fragmento physico, quod in Etymol. M. affertur sub voce νένωται „φυγῇ ἰθείῃ νεῦνται." Optimo iure igi-

15) Grundz. 165. 6.
16) Bredov. 157 sqq. Ahr. I, 100 sq. II, 188.

tur eodem loco formas πλείων, πλεῖος habere mihi videor, quas supra commemoravi.

Rarissime Homerus eiusmodi formas exhibet, neque saepius elegiaci; reperitur enim tantum apud Theognidem 715 ταχεῶν Ἁρπυιῶν. Conferri quodammodo potest: ἀφνεός pro ἀφνειός: 188. 559.

3) Denique ab omnibus Ionibus ου pro ο, quod constanter fere in ceteris dialectis invenitur, ante sequens λ, ν, ρ positum est in his:

γούνατα Theogn. 978. Tyrt. 10, 19 etc. Arch. tetr. 75, 1: γουνουμένῳ. In hac voce υ (Ϝ) stirpis γονυ, quod Lesbii ν consonae assimilaverunt, per epenthesin quandam in syllabam antecedentem transiit non aliter quam in voce

δουρός, δούρασι: Tyrt. 11, 20. 37. Arch. el. 4, 5: δουρικλυτοί.

κούρη etc., quae a parte Doriensium [17] κώρα etc. pronuntiabantur: Hipp. inc. 120. Tyrt. 10, 6 κουρίδιος, embat. 15, 2 et 16: κοῦρος.

μοῦνος: Arch. epod. 89, 4. Sim. 7, 24; 14, 3. Call. 1, 21. Arch. ex inc. 182: μουνόκερα (leg. cum Bergkio μουνόκερον). Theogn. 52 μούναρχος etc. Etiam Solon tetr. 33, 6 μοῦνος dicit.

νοῦσος: Mimn. 6, 1. Sol. 24, 10. Theogn. 274 etc.

Οὔλυμπόν-δε: Theogn. 1136, cuius radix cum sit λυμπ (λαμπ cf. λάμπ-ω, λαμπ-ρός), ο vocalis prothetica [18], intellegitur υ per epenthesin sive assimilationem quandam in priorem syllabam transmigrasse.

οὐλόμενος: Tyrt. 7, 2. Theogn. 156. 1062 etc.

οὔνομα, cuius diphthongus ex ὄ-γνο-μα eiecta consona γ explicatur [19]: Sim. 7, 87: καλὸν κοὐνομάκλυτον γένος.

οὖρος, ὁ: Theogn. 826: γῆς δ' οὖρος φαίνεται ἐξ ἀγο-

17) Ahr. II, 161.
18) Grundz. 240. 654.
19) ibid. 287.

ῥῆς. Huius vocis diphthongum antiquae originis esse testimonio sunt formae ὄρβ-ος et ὄρϝ-ος, quae in inscriptionibus Corcyraeis leguntur[20]), οἱ ὦροι quae in inscriptione Cretensi[21]).

οὖρος, τό, quod ex γϝορ-ος ϝορ-ος (cf. Βορ-έα-ς) natum videtur[22]): Sim. 14, 1. Theogn. 881.

πουλύς: Theogn. [211]. 509 et 215: Πουλύπου ὀργὴν ἴσχε (vid. tamen §. 20). In hoc vocabulo υ per epenthesin in priorem syllabam illata est. ου tamen tantum epicorum est et dialecti Hippocrateae, cf. πουλύς, πουλύ, πουλύν: EI 166. 196. 188. E III. 203. 209. 213. 215. 227. 232. VA 14. 19. CV. 23 etc. ceteri Iones πολλός et πολύς dicunt: illud apparet Arch. tetr. 78, 1. Anan. trim. 3, 1 (cf. tamen §. 10, 3 c) etc., hoc: Arch. Epod. 94, 3 etc.

Elegiacos constanter his longioribus formis uti nemo exspectabit, qui Homeri usum cognitum habet. Itaque saepe breviores in conspectum veniunt: cf. Arch. el. 3, 1. 2 δορί, Sol. 24, 3 μόνα. 9, 3 μομάρχου. Xenoph. 2, 3 ἐν Ὀλυμπίῃ, Theogn. 1347 (mp): Ὄλυμπος. — 246 ὄνομα (23 ὀνομαστός, 503 Ὀνομάκριτε metro flagitabantur). 853 πολύ. Tyrt. 12, 31 ὄνομα· 5, 9 ὀρέων etc.

Recte sese habet etiam apud Solonem Atheniensem trim. 36, 4: ὅρους ἀνεῖλον. 2 Ὀλυμπίων ||, neque minus Arch. tetr. 74, 9: τοῖσι δ' ὑλήειν (cum Bergkio scripsi) ὄρος ||. epod. 115: καὶ βήσσας ὀρέων δυσπαιπάλους. iobacch. 120: Δήμητρος ἁγνῆς καὶ κόρης τὴν πανήγυριν σέβων ||, porro: Arch. tetr. 74, 2: Ζεὺς πατὴρ Ὀλυμπίων || et Sim. 7, 21 Τὴν δὲ πλάσαντες γηΐνην Ὀλύμπιοι ||, quae certe non in Οὐλ. mutanda sunt, quoniam obstat Hipp. tr. 30 A Ὦ Ζεῦ πάτερ Ζεῦ (Ζεῦ cum Meinekio inserui; cf. Arch. ep. 88, 1) θεῶν Ὀλυμπίων πάλμυ || ac ne Herodotus quidem Οὐλύμπιος dixit[23]).

---

20) ib. 516.

21) De inscriptione Cretensi scr. R. Bergmann, Berol. 1860.

22) Grundz. 312.

23) Etiam Οὔλυμπος ab Herodoti dialecto abiudicandum videtur.

At summae offensioni sunt in Simonidis iambis 1, 12: τοὺς δὲ δύστηνοι νόσοι || φθείρουσι θνητῶν. τοὺς δ' etc. et in choliambis Hipponactis 35, 4. 5: ὥστε χρὴ σκάπτειν || πέτρας ὀρείας.

Ac prior quidem locus etiam aliis de causis corruptus habendus est, nam quod muta consona coniuncta cum nasali syllabam, quae antecedit, non producit, prorsus alienum est a Simonide, cum poëtae Ionici aeque atque Homerus a tali correptione, qua poëtae Atticorum scaenici usi sint, se abstinere soleant convenienter, ut praeclare Westphalius dicit[24]), peculiari naturae Iadis, quae maiorem quam Attici vim et pondus vocalibus tribuat.[25]). Deinde quam maxime flaccescit oratio θνητῶν genetivo partitivo qui ad τούςδε pertineat, in fine totius enuntiati posito. Denique cum Stobaei codex A exhibeat βροτῶν θνητῶν, indicatur prius vocabulum, quippe quod rarius sit quam alterum, ab initio a poëta scriptum esse. Itaque assentior Ahrensio, qui coniecit: τοὺς δὲ δύστηνοι βροτῶν || φθείρουσι νοῦσοι.

In altero autem loco eis, quae vulgo leguntur, fidem

Neque enim assentior Bredovio, qui Herodotum Οὔλυμπος dixisse credit et Οὐλυμπιηνοί (uno loco exstat), et Οὐλυμπική, contra Ὀλύμπιος, Ὀλυμπιάς, Ὀλυμπιονίκης, Ὀλυμπιόδωρος. Nam primum prosae scriptori sine iusta ratione summam inconstantiam tribuit. Deinde omnino tantum tribus locis optimus M praebet Οὔλυμπος et Οὐλυμπιηνοί, quattuor contra locis Ὄλυμπος et in omnibus ceteris formis, vocalem ο quarum Ὀλύμπιος praecipue saepissime apparet.

24) Westphal, allgem. Metrik p. 292 et 294.

25) Tantum apud Theognidem unum correptionis exemplum reperitur vs. 910 καὶ δάκνομαι ψυχήν (188 et 559 in ἀφνεὸς synizesin adhibeas), quod patriae certe dialecto tribuendum est. Apud Mimnermum contra Ionicum poëtam 2, 10: αὐτίκα τεθνάναι corruptum esse omnes editores agnoverunt. — Quod Hipp. tr. 49, 6 τὠντικνήμιον δάκνῃ || legitur, certe debetur eidem licentiae, qua poëta, ut ita dicam, magis plebeius etiam alibi usus est, cf. fr. 22 A θηρεύει, 22 B εὔωνον. — Apud Solonem cum in iambis syllaba antecedens numquam correptionem patiatur clarissime elucet, quantopere poëtas Ionicos imitatus sit.

non habendam esse iam ipsi Athenaei libri indicant, qui post πέτρας: τ' exhibent (nam de versu omisso vix cogitari potest). Accedit, quod illud ὀρείας adiectivum satis supervacaneum est. Fortasse igitur dixit poëta: πέτρας γέραιος ΠΕΤΡΑΣΓΕΡΑΙΟΣ) „nunc cum senex est.“

Alias vocalium et diphthongorum mutationes quales conspiciuntur in ὢν pro οὖν etc. consulto omitto, quia exempla pauciora sunt.

§. 8.

De formis solutis et contractis.

1) Iones, cum in concursu duarum vel plurium vocalium non offenderent, et in stirpium et terminationum vocalibus ab origine solutis, quas aliae dialecti, praecipue recentior Attica, in unam coniunxerunt syllabam, plerumque pristinam formam servarunt. — Admodum raro contractionem admissam videmus.

a) Ac primum quidem εο et εου vocales peculiari ratione in formis, quae spectant ad substantivi, pronominis, verbi flexuram saepe in syllabam ευ coalescunt. Apud Ionas autem iam inde ab antiquissimo tempore εο similiter atque ευ diphthongum pronuntiatum esse, testimonio sunt carmina Homerica. Formas enim, ubi εο in ευ syllabam coït, ab Homeridis nisi ex Iade hauriri non potuisse, inde apparet, quod eadem contractio praeterea tantum in Doridis specie quadam ab Homericae poësis sede satis magno intervallo remota, idque recenti demum tempore, usitata erat. Pronuntiatione autem quasi fluctuante inter εο et ευ — hac sola ratione patefit, cur pro ευ quod ab origine erat, vel εο scribi potuerit in titulo Amph. 2008, 3. 20 φεόγειν, φεογέτω et in Phanagorensi 2121 Ἐοπάμονος — elucet poëtis licuisse modo εο modo ευ in versu usurpare. Fortasse antiquiore tempore Iones plerumque ευ nondum scriptura exprimebant, id quod complures tituli et codex M Herodoti (in forma εος, et in verbis puris fere semper

Abichto auctore [1]) indicare videntur. Itaque in titulo Bosporano 2104 duae syllabae breves *εος* vocis *Παιρισάδεος* vel in hexametri arsi non contractae sunt; similia infra afferam. Huc potest referri etiam Etym. M. 152, 9: *ἀσεβής — τοῦ ἀσεβέος (ὁ κανὼν οἱ Ἴωνες καὶ οἱ ποιηταὶ* (vid. pag. 69) *τὰς εἰς ευς ληγούσας γενικὰς ἀπὸ τῶν εἰς ης εὐθειῶν γινομένας διὰ τοῦ εος προφέρουσι) καὶ ἀσεβοῦς.* Etiam synizesis vocalium *εο*, *εου*, quae haud raro apud Homerum et hos poëtas reperitur, hanc sententiam confirmare videtur. Neque tamen in re dubia parvique momenti traditam scripturam *ευ* mutaverim in *εο*. His expositis restat, ut exemplis ex titulis et prosae scriptoribus sumptis demonstrem poëtas Ionicos vel *εο*, *εου* dixisse, vel *ευ*, nunquam vero Attico more *ου*.

Leguntur autem haec exempla in titulis: Sig. 8 *τοὐρμοκράτεος*, Ephes. 2984, qui ex initio quarti saeculi esse videtur: *Εὔθηνος Εὐπειθέος*, Bosporan. 2118: *Ἱπποσθένεος*, *Παιρισάδεος* (etsi vulgares formae alibi in Bosporo deprehenduntur, sic 2117 *Παιρισάδους*, 2106 *Ἱπποσθένους*), Trall. 2919, in quo resedit l. 1: *ἔτεος*, Myl. 2691 *Ἀρταξέρξευς*, Thas. 2161, 1: *Ἀριστομένευς*, 2 *Παγχάρευς* (praeterea iam legitur *Ἀριστοκλέους* etc.), in Thasiis, quos Millerus edidit [2]) in diario, quod inscribitur „Revue archéologique“ XII. Vol. 2. Ser. (1865), p. 139 sqq., 268 sqq., 368 sqq., nr. 1 *Κλεομήδεος*, 4 *Ἐπικράτεος*, *Εὐηφένεος*, 9 *Μενάλκεος*, *Παγγήθευς*, *Ὀνομακλείδευς*, 12 *Λεωφάνευς*; in Teïo 3064, 29 *τοῦ Μερμήδευς πύργον* (qui multa vulgaris linguae vestigia conti-

1) in „Quaestionum de dialecto Herodotea specimine primo“ ed. Gottingae 1859.

2) neglegentissime. Quid enim proficitur huiusmodi annotatiunculis: „lettres anciennes, très belles et anciennes (veluti nr. 15, ubi exstat *Λυσαγόρας*), charmantes, très nettes etc.“ Debebat aetatem inscriptionum definire. — Cum reputo recentiores et antiquiores formas ibi promiscue usurpari, suspicor eas inde ab Alexandri Magni tempore exaratas esse. — Vol. XIII illius diari, quippe quod in bibliotheca universitatis Lipsiensis deesset, adhiberi non licuit.

net), etiam in Chio 2214 qui vel ante Augustum demum vel ante Mithridatem exaratus est et ubique κοινὴν praebet, 9: Ἀγαθοκλεῦς, 10. 14 Τιμοκλεῦς, in Chio 2225 Ἀγαθοκλεῦς, Halicarn. 2656, 2: Μενεκλεῦς, qui ante Augustum scriptus est; in diris Teïis *A* 29 τιμουχέοντες, Olynth. 7. 8: τελέοντας, τελέουσι, Thas. 2263c. (C. I. II. Addend.) l. 16 ἐπιπλέοντα (cetera vulgaria sunt), qui est ex tertii saeculi a. Chr. n. fine vel initio secundi, Milleri Thas. 6. 7. 8: ἐθεόρεον. Apud Hippocratem, ut taceam de Herodoto, sexcenties invenies εο et ευ in genetivo stirpium in σ exeuntium, et εο, εου, ευ in coniugatione verborum purorum in εω, apud scriptores minores: Hecat. 360 ξίφεος, 362 τείχεος. Diog. 4 θέρεος, 6 πλήθεος, Heraclit. 20 τείχεος, Democrit. moral. 6: σκήνεος; 172 προσκέπτεο (contra 174 γίνου); Hecat. 67. 78. 114 οἰκέουσι (173 — οὖσιν) 175. 190. 195 ὁμουρέουσι. 189 φορέουσιν. Pherecyd. 85 καλέονται, οἰκέοντες. Ion. 1 ἀφαιρετέοντα, δοκέον. Ctes. pag. 40, 21 φωνέοντι. Anaxag. 7 κινεομένου, κινεομένων. 10 χρέονται. Diog. 5 ἀναπνέοντα. 6 καλεόμενος. Meliss. 13 ἀλγέοντα. 15. κινεόμενον. 17 ὁρέομεν. Heracl. 1 διηγεῦμαι, ποιέουσι, 63 δοκέουσι, 96 χρεόμενοι, ποιέουσι, μιμέονται, ὁμολογεόμενος. Democr. moral. 5 εὐδαιμονέουσι, 13 δωρέονται. 29 λυπεόμενος, 42 σωφρονέοντες, 152 ξυμφορέοντες, 205 ποιεῦντι, fr. physic. 4 ὁρέοντες, 8 νεῦνται. Quibuscum conspirant hi poëtarum loci:

Sim. 7, 39 θέρεος et 7, 43 παλιντριβέος ὄνου||, ubi εο 1. et 5. arsin efficiunt, Hipp. tr. 19, 2 τριήρευς || (apud Tzetzam; Barocc. Vit. 2. 3 ῥίγους), 49, 2 ὄφιν τριήρευς — ||; Theogn. 550 τηλαυγέος (e: οῦς).

Hipp. tr. 62, 1 μευ, Arch. ep. 92 Mimn. 14, 2. Theogn. 957. 1101. 1235 (mp.) ἐμεῦ; Sol. 20, 2. Theogn. 253. 516 σεῦ, 377 σευ.

Arch. tetr. 66, 2 ἀνὰ δ' ἔχευ (Bergkius egregie coni. pro codicum corrupto ἐκάδευ) et ἀλέξευ, 75, 2 χαρίζευ, Demodoci fr. 6 tetr. δικάζευ τὴν Πριηνίην δίκην ||; Theogn. 71

βούλευ, 220 *ἔρχευ*| (A, *ἔργον* el, *ἔρχον* ceteri), 400 *ἐντρέπευ*, 1050 *βάλευ*|| (1073 *πέλευ*), 1313 (mp) *ἔπλευ*.

Arch. tr. 32 *πονευμένη*. 44 *ποιεύμενος*. 46 *πολευμένῳ* („Liebel fort. rectius *πωλευμένῳ*") tetr. 70, 3 *φρονεῦσι* 3. pl., ep. 93, 2 *δολοφρονέουσα* (tribus locis traditum est), 112 *ἐφρόνεον*, quae synizesin ostendunt, 102: *σαλευμένη*, ex inc. 128 *ἐξαλεύμενος*; Sim. 1, 15 *κλονεύμενοι*, 7, 18 *μυθεύμενος*, 40 *φορευμένη* (Stob. B *φορουμένη*), 61 *ἀλευμένη*, 86 *φιλεῦντι*; Sol. tetr. 32, 4 *αἰδεῦμαι* (Plutarchi A C F a L, vulgo *αἰδοῦμαι*), tr. 36, 12 *τρομευμένους*, 37, 5 *κυκεύμενος*. Phoc. 5, 2 *οἰκεῦσα*, Mimn. 7, 1 *δηλεύμενος*, Sol. 13, 33 *νοεῦμεν*, 13, 45 *φορεύμενος*, 15, 1 *πλουτεῦσιν* 3. pl. (Theogn. 315 *πλουτοῦσι*). Theogn. 61: *ποιεῦ*, 290: *ἀνδρῶν· ἡγέονται* (Bekker, A *ἀνδρῶηγεονται*, *ἀνδρῶν γίνονται* rel.) 337. 871 *φιλεῦσιν*|| 3. pl. 169 *μωμεύμενος*, 369 *μωμεῦνται*. 385 *φιλεῦντες*, 495 *φωνεῦντες* (K *φονέοντες*), 471 *ἀγρυπνέοντα*, ubi synizesin conspicimus, 575 *ἀλεῦμαι*, 589 *ποιεῦντι* (*κακῶς π.*; *καλὸν ποιοῦντι* Stob. Boiss. Apost.), 737 *νοεῦντες*, 786 *ἐφίλευν*, 1153 *πλουτεῦντι* (O, *πλουτεῖν* K, *πλουτοῦντι* ceteri).

Praeter has formas saepissime vulgares nobis occurrunt.

At apud iambographos, cum Ionum recentiorum et Homeri consuetudinem respicimus, a quibus *εο* in *ου* contractum prorsus alienum est, cum analogiam locorum allatorum: dubium esse non potest, quin corrigenda sint: Arch. ep. 111, ubi vulgo *ἐμοῦ* scribitur. Formam corruptam esse iam satis convincunt Apollon. Soph. et scholiasta Nicand. Ther., quorum prior edit: *ἔμπλην ἐμοί τε καὶ φίλον*, alter: *ἔμπλην ἐμοῦ τε καὶ ἐφόλου*, Hipp. tr. 76: *λαιμᾷ δέ σου τὸ χεῖλος ὡς ἐρῳδιοῦ*, quod fragmentum omnino vitiose traditum est, tetr. 83, 1: *λάβετε μου θαἰμάτια*, Arch. tetr. 75, 2: *γενοῦ* et An. tr. 1, 3 *ἴκου*; Hipp. tr. 73 *φρονοῦσιν* 3. pl.

Eodem iure, cum vulgata nullo modo defendi possit, corriges etiam in Ionicorum poëtarum elegiis: Theogn. 1345 (mp) *Γανυμήδους*||. 1304. 1308. 1332. 1383 *Κυπρογενοῦς*|; Theogn. 1240 (mp). 1340. 2 *ἐμοῦ*. 1366 *μου*. 1239 *σοῦ*; Phoc.

3, 8 εὔχον. Theogn. 1272 (mp) ἐγένου‖, 1362 ἀντελάβου‖; 1315 (mp). 1381 ἐδόκουν et 1359 πονούμενον. 1266 γίνου.

Theognis contra, ut primo obtutu videtur, secundum suam ipsius dialectum formavit: 607 ψεύδους. Certe enim illi singulares genetivi δείους ac σπείους excusationi esse non possunt, cum Philemon 3) recte dixisse videatur propter κακοφωνίαν legitimas formas δέεος, σπέεος a poëta reiectas esse. Atque etiam a Megarensibus recentioribus, quanquam in universum ratio contrahendi vulgaris frequentata esse videtur, tamen genetivis soluta forma ut apud plerosque Doris servabatur 4). Itaque scribendum est vel ψεύδευς vel ψεύδεος.

Similiter Theogn. 100. 262. 697. 1203. 5 ἐμοῦ, 414. 969 σοῦ formae librariorum errores produnt. Cum enim formae secundae pers. consona σ instructae in nulla Doridis specie appareant, sed ubique τ, apud Theognidem contra tantummodo illae conspiciantur, σευ recte servatum docere nos potest poëtam Homeri consuetudinem adoptasse, itaque etiam ἐμεῦ, μευ dixisse. Ceterum forma vulgaris ἐμοῦ, μου — si quis locos illos defendere conaretur — vix ab origine Dorica erat, nam legitur tantum in Theraeo 5) (ubi semel μευ tràditur), qui Theognidis aetate multo inferior est.

Porro in 2. persona singulari medii quae ex antiquo εσο nata sit, vel ipsa exempla quae in mitiore Doride mediae aetatis ου contractionem prae se ferunt, summam nobis iniciunt suspitionem; quapropter credo cum Ahrensio 6) ibi quoque vocales non coaluisse. Itaque poëtae, qui antiqua Doridis aetate vixerit, restituas ευ pro ου: 129. 171 in εὔχου. 217 ἐφέπου et γίνου. 454 ἐγένου. 465 τρίβου. 633 βουλεύου. 980 σπεύδου| 1032 ἄχθου| (O ἄχθει, A ἔχθει, Stob. αὔχει μηδ' αἴσχεαι). (1073 ἐφέπου.)

3) Lobeck. Paralip. I, §. 6. p. 25.
4) Ahr. II, 217. 220. 234.
5) Ahr. II, 249.
6) II, 217 c) et 305, 6. 7.

Quae cum ita sint, quis dubitabit haec: 142 τελοῦσι. 684 ζητοῦσιν 3. plur. 1179 αἰδοῦ 1207 καλοῦμεν propter analogiam ceterorum exemplorum ad Homeri normam corrigere? Verum quidem est mitiorem Doridem etiam in hac flexura maximam partem vulgari ratione uti; sed tamen hoc discrimini temporis tribuendum est, quod intercedit inter poëtae veteris aetatem et eam, qua tituli excusi sunt. De qua re vid. nr. 3).

Postremo apud Solonem leguntur 26, 1 Κυπρογενοῦς, in quarta elegia vs. 11 πλουτοῦσιν 3 pl., vs. 22 τοῖς ἀδικοῦσι, vs. 24 ἱκνοῦνται. Attamen etiam hi loci non certo poëtae consilio, sed librariorum culpae tribuendi videntur, cum Solon ne in iambis quidem se ab Ionica abstinuerit ratione atque, ut nr. 3) videbimus, ne multo quidem post Solonem pristina consuetudo prorsus deserta fuerit. Sol. 24, 1: Plutarchus verba priora obliqua modo oratione reddit ἀλλὰ καὶ φησὶν ὁμοίως πλουτεῖν, ᾧτε etc., itaque ex Theognide πλουτοῦσιν restituerunt. Cui scripturae omnem fidem abrogandam esse iam ex Sol. 15, 1 πλουτεῦσιν cognovimus.

b) Tum in paucis verborum formis εη in η coëunt. Quae aptius §. 16, 3 afferentur.

c) Deinde οη transit in ω longam vocalem in ὀγδώκοντα (-έτης), quod Solon. 20, 4 legitur, et in eis formis verborum βοάω et νοέω, ubi α et ε in η protendi solent. Supersunt: Hipp. tr. 1, 1 ἔβωσε (Tzetz. ἐβόησε, Schneidewin scr. ἔβωσε collata Hesychi et Suidae glossa: ἔβωσεν· ἐκάλεσεν, ἔκραξεν), Theogn. 1298 (mp) νωσάμενος. Etiam Sim. 1, 17 Bergkius coniecit εὖτ' ἂν ἡδὺ νώσωνται ζόειν (vid. tamen §. 18). Praetér has formas elegiaci ut Homerus solutis utuntur, sic Solon 13, 67 dicit οὐ προνοήσας, 16, 1: νοῆσαι. — Cum Ionibus faciunt Dores, qui in ὀγδώκοντα et τετρώκοντα idem contractionis genus ostendunt.

d) Denique pro ἱερὸς Iones ἱρὸς formam usurpabant consentientes cum Lesbiis, qui ἶρος dicebant. Cuius mutationis Simonides solus duo exempla eaque valde dubia exhibet: 7, 56: ἄθυστα δ' ἱρά (ἱρὰ Stob. vulgo et Vind., ἱερὰ

A et Athenaeus), 24, 2 *ἰρωστί*, quod Hecker. restituit pro *εἰδώς· τί*. Soluta forma vero reperitur: Anan. tr. 1, 3: *ἴκου καθ' ἱερὸν*, quanquam facile cum Meinekio scribi potest *κατ' ἱρόν*, cum Aristophanis scholiastam tota verba in Atticum sermonem convertisse videamus. Nulla tamen ex parte refragabor, si quis ubique solutam formam poëtarum esse putat. Etenim prorsus errant, qui Ionas recentiores omnes *ἱρὸς* dixisse opinentur. Nam pristina forma cernitur in titulo Siphni insulae 2423c: „*Νυ[μ]φέων ἱερόν*" (vid. §. 10, 2a) in praestantissimo Hal., l. 3: *ἱερῇ*, 36: *ἱερά*, in Mylas. 2691, d. 9: *ἱερὰ ἀναθήματα*, in Trall. 2919, 5 *ἱερός*; etiam in Mycal. 2909, 4 *ἱερατείης*. Alteram formam legi modo in Amph. 2008: *τὸ δ' ἐπιδέκατον ἱρὸν* et in marmore Pario 2374, 7. 87 *ἱρόν*; apud Hecataeum 284 *ἱρόν*, *ἱρή*, ut de Herodoto taceam. — Elegiacos, quod saepe solutam exhibent, Homerum sequi existima, cf. Arch. el. 18, 1. Sol. 4, 12. Theogn. 545 etc. Brevior casu non exstat.

2) Plerumque vero, ut iam supra indicavi, vocales quae ab origine seiunctae erant, contractionem non patiuntur.

Quod maxime valet, ubicunque stirpi in vocalem exeunti adiciuntur terminationes *ιος*, *ιδ* (*ιζω*), *ιδης*, *ιδιος*, *ικ*, *ιος* ad nomina (verba) et adiectiva formanda. Multa, quae huc spectant, antiquissimo tempore in fine stirpis consonam aliquam spirantem (*F*, *j*, *σ*) habebant, cuius, etiam postquam exstincta erat, vestigium ita certe remanebat, ut vocalis stirpis et suffixi hiatum efficerent [7]). Digammatis amissi exempla poëtae tantum haec exhibent:

εὐκλεΐζω Tyrt. 12, 24 (*εὐκλεΐσας*), cf. *κλέ(F)ος*.

ληΐζομαι Sim. 6, 1 et *λωΐος*, Theogn. 800. 853 (de hac positivi forma vid. Bergk. ad vs. 800 et 96). *λωΐων* 424. 690 [8]).

δήϊος Tyrt. 11, 18. 30 [9]).

Σάϊοι Arch. el. 6, 1 non minus huc pertinet, si recte

---

7) Locos ex iambographis afferam omnes.

8) Grundz. 326. 9) 209.

Boeckhius C. I. II, p. 85 *Σάϊοι*, inquit, et *Σαπαῖοι* (?) videtur eadem esse vox mediaque inter utramque est tertia eorundem denominatio *Σάβοι*.

βασιλήϊος Theogn. 1191. *Νηλήϊος* Mimn. 9, 1. *τροπήϊον* Hipp. tr. 57. *Σελληΐδης* (*Σελληΐδεω· Σελλέως υἱὸς ὁ μάντις*). Arch. epod. 104, 2 annot., quibuscum conferas stirpes *βασιλευ* etc.

πατρώϊος Theogn. 521. Arch. el. 2, 1 et *Λητοΐδης* Theogn. 1120 (*Λητοίδης* A b, *λητοΐδης* ceteri, idque iure commendat Lobeckius patholog. elem. II, pag. 21), quae descendunt a substantivis *πάτρως* et *Λητώ*[*ῳ*], quorum stirpes sunt *πατροϜο* et *ΛητοϜι* (vid. §. 11).

In aliis huius generis vocibus vel stirps in vocalem cadit, quo suffixum a spiranti (plerumque certe *Ϝ*) incipiens accessit, vel origo obscurior est, quam ut certi quidquam proferre audeam. Sunt autem hae:

ἀγλαΐζομαι Sim. 7, 70 (etiam apud Atticos usitatum).

ἀθροΐζομαι Arch. tetr. 60, ep. 104, 1.

χρηΐζω Phoc. 7, 1. Theogn. 1333.

δαΐζω Tyrt. 11, 17.

ζώϊον Sim. 13, 2.

θωΐη Arch. ep. 109. „Atque ita in titulo antiquo Locrensi *ΘΟΙΕΣΤΟ* legitur" (Bergk.).

ἤϊα, τά, Sim. 31.

λήϊον Theogn. 107.

Ἀχαΐη Sim. 23, 1 (syllabae seiunctae apud Atticos quoque reperiuntur).

Πολυπαΐδης Theogn. 25. 57. 61. 541 etc.

ῥηΐδιος Theogn. 524. 592. 1027. 1034.

Θρῆϊξ Arch. tr. 32, 1 (necessaria Toupi emendatio pro vulgari *Θρᾷξ* scriptura), et *Θρηΐκιος* Hipp. tr. 42, 1. inc. 120.

φωΐδες Hipp. tr. 59 haec enim forma restituenda est in versu admodum mutilato, qui in Erotiani libris sic traditur: *πρὸς τὴν μαρίλην τοὺς παῖδας* (Steph. *πόδας*) *θερμαίνων*; neque vero probaverim quod Bergkius scripsit *τοῦ ποδὸς φῷδας θέρμων*||. Non enim licet formam contractam

defendere eo quod Erotianus ipse in verbis antecedentibus hac utitur, cum ille vocabulum habeat Doricum. Conicio ergo φωΐδας ποδῶν θέρμων‖.

Deinde in media vel exeunti stirpe multarum singularum vocum contractio non adhibetur. Atque in his propter digamma, quod antiquitus positum erat:

ἄ-εθλον Arch. ep. 104, 1. Tyrt. 12, 13. Mimn. 11, 3. Xenoph. 2, 5 (ἀεθλεύων) etc., et ἀ-είδω Arch. tetr. 57. — Sol. 20, 3. Theogn. 4. 1065 etc. ἀοιδός Sol. 29, ἀοιδοπόλος Xenoph. 5, 4 (scr. Bergk., ap. Athen. vulgo ἀοιδάων, C ἀοιδῶν), et ἀ-είρω Arch. ep. 94, 2. — Theogn. 90 etc. Arch. tetr. 56, 5: παρ-ή-ορ-ος (cf. Doricum πάρ-αρος), ubi α est protheticum [10].

ἀ-ΐ-ω, Xen. 6, 5, cuius radix est αϜ [11].

ὄϊς Anan. tetr. 5, 6 (ὄϊος coni. Schweighaeuserus, οἶος PVL apud Athenaeum exhibent), quod natum esse ex ὄϜ-ις Lat. ovis demonstrat.

παῖς Arch. tetr. 70, 1 (πάϊ); positum est pro παϜ-ις, cf. Lat. puer, quod antiquo tempore pov-er sonabat. [12])

φάος Arch. tetr. 74, 3. Sim 1, 19. — Theogn. 569. 1143. [13])

ὤεον Sim. 11, quod ex antiqua forma ôvjo-m natum est, atque apud Dores quoque et Lesbios in usu erat, nisi quod j non in ε, sed in ι mutabant. [14])

De vocibus ἀ-έκων, ἀ-εκούσιος, ἀ-εργός, Ἀ-ΐδης, προ-ΐσσομαι, iam §. 1. dictum est.

Addi potest Mimn. 12, 6: κοΐλη (Meinekius pro κοίλη restituit). Cuius vocis radix est κυ, quae augetur in forma κου. Hinc nascitur κοϜ-ιλος; in κοιϜιλος forma vero iota secundae syllabae per epenthesin quae dicitur in primam introductum est. [15]) Eandem habes Alcaei fr. 15, 5 (Bergk.).

Vulgo etiam ἀέξω verbum huc pertinere putatur (cf. Sim. 7, 85. — Sol. 27, 5. Theogn. 1031. 1276 [mp.]). Non

---

10) Grundz. 223. 4, 318. 11) 346. 12) 259. 13) 267. 14) 351. 15) 144.

recte. Etenim *αὔξω* altera forma non ex *ἀέξω* contracta est, sed potius in *ἀϜ-έξω* *ε* est vocalis auxiliaris [16]), ab Ionibus commodioris pronuntiationis causa ascita, fortasse tantum a parte quadam; nam Hippocratès dicit *αὔξω*, *αὐξάνω*, cf. AAL 31 *αὔξεται*.

ἠέλιος [17]) forma tantum poëtae elegiaci usi sunt ex imitatione epicae dialecti. Cf. Tyrt. 11, 6. Mimn. 1, 8. Sol. 13, 23. Theogn. 168. 1185 etc. Apud iambographos forma *ἥλιος* in usu est, cf. Arch. tetr. 74, 4. Hipp. tr. 15, 5.

j consona autem antiquitus posita fuisse videtur in *ἀεικής* adiectivo a radice j*ικ* derivato [18]), quod legimus Sol. tr. 36, 11. — Eleg. 5, 4. Theogn. 811 et Sol. 4, 25 *ἀεικέλιος*.

σ consona eiecta est in

ἔαρ Anan. tetr. 5, 1. Mimn. 2, 2, quod antiquitus sonabat *Ϝεσ-αρ*. [19])

οὔατα Theogn. 1163, antiquo tempore *οὐσ-ατ-α* erat. [20]) Forma non solum Iadis, sed etiam mitioris Doridis propria est. Inde apud Atticos factum est *ὀϜατα*, *ὀατα*, *ὦτα*.

ἐΰ, quod a radice *ἐς* deducendum est [21]), (cf. *ἠΰς* Homericum, ubi consonae eiectae vestigium remansit), tantum epicorum proprium est, itaque legitur in elegiis Arch. 11, 1: *ἐϋπλοκάμου*, Xen. 1, 4: *ἐϋφροσύνῃ*. Theogn. 1339 (mp): *ἐϋστεφάνου*; contra in iambis contractio reperitur, cf. Sim. 7, 99: *εὔφρων*.

De verbo *εἰμὶ* §. 19 dicam.

Denique solutam formam praebent:

Κρεήτῃ Arch. inc. 176 (*Κρήτῃ· ἡ μεγίστη νῆσος, ἣν Κρεήτην ἔφη Ἀρχίλοχος „κατὰ πλεονασμόν“!*) Fortasse derisit poëta Cretas in carmine aliquo eorum nomen cum *κρέας* conferens.

παιήων Arch. tetr. 76, 1.

Ποσειδάων Arch. el. 10, 1. Theogn. 692. et

σαόφρων Phocyl. 9, 1, quae sunt epicae linguae propria.

---

16) Grundz. 344. 17) 357. 18) 588. 19) 348. 20) 360. 21) 337.

Ac de formis ab origine non contractis hactenus. Videamus nunc de eis, in quibus genuinae et antiquae diphthongi in singulas vocales dirimuntur, sive de diaeresi (quo nomine vulgo etiam illae formae falso comprehendi solent). Cuius vocalium affectionis apud iambographos unum modo exemplum deprehendimus: Arch. tetr. 52 ὀϊζύς, cf. Theogn. 65 ὀϊζυροί. Pertinet enim ad οἴζω, quod est ex numero onomatopoëticorum (cf. φεύ-ζω, βαύ-ζω, οἰμώ-ζω etc.) ab οἶ interiectione profectum. Diphthongus igitur cum antiquae originis sit, ansa offensionis non inest in οἰζυρὸς forma Sim. 7, 50. Arch. inc. 129 (τρις-). Neve magis offendas in κεῖται Sim. 7, 4, pro quo prosae scriptores, quanquam radix est κει, κέεται usurpant, veluti Hippocr. AAL 1: κέεται, 6: κέεσθαι. (etiam ὀϊζὺς etc. dicunt.) Videtur omnino diaeresis sequenti demum tempore in Iade magis in usum venisse secundum analogiam formarum, in quibus vocales ab origine seiunctae erant.

Iam cum omnia exempla formarum ab origine non contractarum accurate consideramus, colligimus Ionas nihil diligentius fugisse quam contractionem, qua unum vocalis elementum exstinguitur. Quam late haec consuetudo iambographorum aetate patuerit, docent ὤεον et ζώϊον vocabula, quae ne apud recentiores quidem scriptores solutae reperiuntur. Etiam φάος huc referendum videtur [22]. Itaque certe nemo temeritatis me arguet, qui formas contractas culpa librariorum natas esse censeam. Neque analogia dialecti Hippocrateae sententiam meam refutare conabitur. Illa enim haud raro contractionem in stirpibus praebet. Collegi: αἴρω Co. 165 ἐπαίρει 294 ἐπῆρται. 413 ἢν ἐπαίρηται. EI 192 ἐπῆρτο. 178 ἐπαιρόμενα. 169 ξυνήρει. 187 (bis) et 194 ἐπήρθη. AAL 6: πρὶν ἄνω ἀρθῆναι ἆθλα. AAL 23: ᾠδή EI 186. Postremo ἔαρ dicit quidem veluti EI 160. 164, EIII 213. 221 etc. sed tamen ἦρος, EI 164.

---

22) πάϊ in Archilochi tetrametris poëticae diaeresi tribuere malim, quoniam formae trisyllabae contrahuntur Hipp. 1, 1; 14, 1.

181. EIII 213. 215. 216. 220. ἦρι AAL 5, tantum EI 172 ni fallor ἔαρος legitur, quanquam proxime antecedit ἦρος. Attamen cum multo posteriore tempore quam poëtae Hippocrates vixerit et mitior Hippocratis dialectus in multis rebus a ceterorum Ionum usu differat, elucet contractas formas, si quae apud iambographos legantur, hoc modo excusari non posse.

Ex locis ergo, qui corruptelam traxerunt, synizesi adhibita sanari possunt: primum

Arch. ep. 114: *Ποσειδῶν* quod in *Ποσειδέων* mutandum est. Cf. Herodian. *περὶ μον. λεξ.* p. 11, 5: *Ποσειδέων παροξυτόνως παρ' Ἴωσι λέγεται ὁ θεός.*

Tum Hipp. tr. 49, 4 *συμφορή τε καὶ κληδών;* pro qua forma reponas *κλεηδών.* [23]) Ceterum iam inde, quod altero loco Tzetza tradit *γε καὶ κλυδών*, cognoscimus eum poëtae verba non accurate memoria tenuisse.

Deinde Sim. 7, 59. 60: *οὔτε κόσκινον‖ ἄρειεν* — (apud Ael. solus Vat. *ἄρειεν*, ceteri *ὄναρ εἶδεν*, *ὄναρ εἶεν*, *ὄναρις*, quod ortum est ex falsa scriptura *κοσκίνου* correcta. [24]) Ne

---

23) Schneidewinus proposuit omissa *τε* particula *καὶ κληηδών.* Sed tamen haec forma tantum in epica dialecto usurpari videtur. — Vix recte Bredovius pag. 176 Herodoto formam *κληδών* tribuit. — Propter utriusque loci synizesin conferas *Λεώφιλος* Arch. tetr. 69, 1. 2 *κυκεῶνα* Hipp. tr. 43, 4. *οὐκ ἐών* Xen. 2, 11. *τεθνεώς* Theogn. 1192. Deinde in *θεός* voce saepissime formae *εου*, *εοι*, *εω* synizesi coartantur, veluti Sim. 7, 104. — Hipp. 93. Theogn. 142. — Arch. tr. 25, 3. Mimn. 9, 6. Postremo *ἔαρος* Mimn. 2, 2 in versus initio, *ἐγχέας* (Casaubonus, *ἐγχεύας* Athenaei C). *Ἔα Πάρον* Arch. tetr. 51. *Κλεάριοθ'* Theogn. 514.

24) Ei qui hanc synizesin duriorem habeat quam quae admitti possit, liceat opponere nonnulla rarioris generis exempla Homeri et Pindari: Ω 769 in versus initio legitur *δαέρων-*, ν 194: *τοὔνεκ' ἄρ ἀλλοειδέα φαινέσκετο πάντα ἄνακτι.* Pind. Nem. 11, 18 *ἀοιδαῖς.* Pyth. 4, 24 *ἀωσφόρος*, etiam *χρυσάορα* etc. Singularis quoque synizesis est Sim. 22, 1: [ἦ] *πολλὰ μὲν δὴ προεκπονῇ Τηλέμβροτε.* Adde illud, quod apud iambographos synizesis, ut infra videbimus, in terminationibus frequentatur.

quid tribuas formis ἢν δε ἐπάρῃ τὴν εὐώνυμον πτέρυγα et κἂν [ἐπά] ρῃ l. 2 et 4 tituli Ephes. 2953, iam recentior, qua inscriptio exarata est, aetas satis monet.

Denique huc pertinent Μῃονιστὶ Hipp. tr. 1, 2, quod ab Ionibus Μηΐονες dici solet, Hipp. 16, 1 Μαιαδεῦ et alia, ubi iota inter duas vocales positum est. Quod synizesis genus cum prorsus nullam offensionem praebere possit, miror cur ab editoribus et Homeri et aliorum poëtarum prorsus fere neglectum sit. Omnino iam diphthongi propria natura fert, ut iota paene consonae vicem tenens audiatur. Cuius synizesis exempla servata sunt: Theogn. 552. Tyrt. 12, 12. Mimn. 14, 9: δηΐων. Theogn. 96: λώϊα (AKO).

Possis opinari eodem modo sananda esse

Sim. 1, 23. 4: οὐδ' ἐπ' ἄλγεσιν‖ κακοῖς ἔχοντες θυμὸν αἰκιζοίμεθα.

Arch. inc. 123: Ἄιδων ὑπ' αὐλητῆρος et

Hipp. tr. 28: Χρόνος δὲ φευγέτω σε μηδὲ εἷς ἀργός

sed tamen diversa ineunda est ratio. Nam, ut de primo loco dicam: iam quod Solon Atheniensis in trimetris (vid. supra) formam solutam ἀεικὴς adhibuit, quod ne Hippocrates quidem αἰκὴς dicit, sed ἀεικές VA 44, scripturam traditam vel magis in suspitionem vocat. Verum summae corruptelae indicium est iterata κακὸς notio, quamquam vs. 23 proxime antecedunt: οὐκ ἂν κακῶν ἐρῷμεν. Ita vix poëta admodum mediocris indolis dixisset, nedum Simonides, praesertim cum ἐπ' ἄλγεσιν plane sufficeret et κακοῖς in sequentis versus primo pede assutum, ut appositio, languidissimum esset. Dicam quod sentio: debeturl ibrario, cuius oculi in versum antecedentem aberrarunt. Itaque graviore emendatione opus esse videtur. Conicio ab origine scriptum fuisse: θυμὸν θέλοντες ὧδ' ἀεικιζοίμεθα‖. ὧδ' facile excidere poterat et θέλοντες (i. e. ipsi, voluntarii, ἑκόντες, cf. *K* 556, γ 231. 272), postquam scriptum erat κακοῖς et θυμὸν metri causa transpositum, in EXONTEC abire.

Quod autem ad alterum locum attinet, cum Theogn. 533. 4:

χαίρω δ' ἐμπίνων καὶ ὑπ' αὐλητῆρος ἀείδων,
χαίρω δ' εὔφθογγον χερσὶ λύρην ὀχέων

Archilochi esse videantur [25]) „qui primus iure haec de se praedicare poterat“ (Bergk.), verisimile est Eustathium et Aristophanis scholiastam qui verba illa afferunt, ex elegia hausisse, sed non accurate, cum modo ὑπὸ praepositionis usum respicerent. Quem consensus illorum auctorum impedit, quominus ᾄδων formam spuriam habeat, is secum reputet, quanto maior fides contrariae sententiae addatur, cum Aeoles quoque Asiani, Boeoti, Dores antiquiores soluta forma uterentur, ut taceam de Ionicae prosae scriptoribus. Quin etiam Callimachus fr. 90 (Blomfield.) praebet: *οὐ μάχην ἀείδοντας|| τὴν Βουπάλειον.*

Denique tertio loco „credo“, ut Meineki verba, etiam Bergkio fere probata, mea faciam, „haec Herodae potius ascribenda esse quam Hipponacti, a cuius poësi eiusmodi *βιωφελεῖς* sententiae alienae sunt.“

Apud elegiacos in formis contractis non offendendum est. Leguntur apud eos, qui Ionicae gentis sunt: *πενταθλεύων* et *πενταθλεῖν* Xen. 2, 2. 16. [*αὔξεται* Mimn. 2, 2, neque *ἄροιτο* Xen. 2, 7 huc pertinet, nam eius radix est *ἀρ*, cf. *ἄρ-νυ-μαι* [26]).] Theogn. 1370 (mp) *ῥήτερον.* 939 (Mimn.) ubi vulgo *ᾀδέμεν* legebatur, iure Schneidewinus correxit *ἀειδέμεν.* 1344 (mp) *ἐπ' αἰκελίῳ παιδὶ δαμεὶς ἐφάνην* conferri potest quodammodo cum *X* 336 *ἀϊκῶς;* quanquam fortasse, *ἐπ'* eiecto, *ἀεικελίῳ* legendum est.

Saepius ceteri poëtae (Solon et Theognis) contractione utuntur, cf. Theogn. 971. 994. 1014 *ἆθλος*, 887 *οὖς*, 958 *χρῄζων*, 501 *ἤρατο*, (cf. Bergk.) 630 *ἐξαίρει;* 1097: *ἐπαίρομαι.* 756 *σώφρων*, qua forma Homerus quidem non utitur, sed

---

25) Etiam Theogn. 1229. 30 certe Archilochi sunt. Petita videntur ex elegiis „*πρὸς Περικλέα*“ inscriptis.

26) Grundz. 305. 6.

tamen recentiores Iones (ne necesse quidem est contractionem in hac voce statuere). Sol. 9, 5: ῥᾴδιον ἐξάραντ'. 13, 21 δηώσας (11, 3 ηὐξήσατε. Theogn. 362 αὔξεται). Nonnunquam etiam ex patria dialecto hauserunt, id quod docent maxime haec exempla: Sol. 1, 2 ᾠδή, quod etiam hymn. Hom. 4, 494 apparet. 13, 19 ἠρινός. Theogn. 584 ἀργά (coni.) 243 ᾄσονται. cf. hymn. Hom. 6, 2 ᾄσομαι. — 779 παιάνων τε χοροῖς. 22 Θεύγνιδος. Quacum voce conferri tantum potest, quod in Bosporanis 2117—9 legitur Θευδοσίης praeter Θεοδοσίης et in titulo (Dorico) Messanio Θεῦγνις; sed tamen cum tituli illi non pro puro fonte habendi sint, neque haec contrahendi ratio apud Dorienses qui Iadis, ceteroquin recentissimae, contagio patebant, nisi recenti tempore viguisse videatur, [27]) dubito an contractio librariorum culpae tribuenda sit, qui offenderent in synizesi formae Θεόγνιδος. Accedit quod Xenophon sic affert haec verba apud Stobaeum: Θεόγνιδος ἐστὶν ἔπη τοῦ Μεγαρέως.

3) De formis solutis, quae in verbi et nominis flexura conspiciuntur, §. 11 sqq. verba faciemus.

Nunc satis habeo primum de poëtis, ex alia atque Ionica natione ortis, pauca praefari.

Difficillimum est de contractione, maxime de vulgari verborum in εω et medii terminationum εαι (de εο p. 179—183 diximus), apud Theognidem, quae non congruit cum Homerica ratione, certum iudicium facere. Dialectus enim Megarica qualis tradita est, plerumque contractionem vulgarem (Atticam) nobis ostendit. Itaque non absonum videtur Theognidem praeter Homericam rationem nonnunquam Dorica usum esse. At non neglegendum est omnes inscriptiones mitioris aeque ac severioris Doridis ad mediam tantummodo totius dialecti aetatem pertinere, quam Ahrensius in quinto et quarto saeculo posuit, [28]) nullam ad antiquam Doridem. Quodsi ne media quidem aetate contractio ubique adhibita est, sed — ut taceam de Graecia septen-

27) Ahr. II, §. 26, 3. 28) II, p. 399.

trionali, quae contagio ceterorum populorum minus patuisse videtur, — nomina contracta in εα desinentia, adiectiva in εος, nomina in οος (in Doride paullo antiquiore), stirpes alterius declinationis quae in σ cadunt, etiam formae quaedam verbi εἰμί contractionem non patiebantur et Siculi poëtae et Rhodius [29]) Timocreon qui multo post Theognidem vixerunt, interdum solutas formas praebent ubi inscriptiones recentiores eiusdem dialecti contractas habent: certe haud dissimile est veri antiqua mitioris Doridis aetate, qua Theognis vixit, omnino formas solutas in usu fuisse. Itaque colligi poterit, ubi appareant formae contractae, quae diversae sint ab Homeri consuetudine, librarios in Atticum usum aberrasse.

Multo confidentius hoc de Tyrtaei dialecto severiore statuere licet, non solum quia poëta multis annis ante Theognidem carmina composuit, sed etiam quia Laconum lingua mediae aetatis in pluribus formationibus solutionem offert.

Solonis aetate solas formas solutas dominatas esse affirmare noluerim, cum omnino Atthis contrahendi amantissima esset. Nonnullae tamen formae recentioris temporis probare possunt huius poëtae aetate solutionem, etiamsi contractio magis magisque in usum veniret, principatum tenuisse. Saepe enim, ut omittam formas satis notas veluti βασιλέας, ἡδέος, ἡδέων, verborum purorum in εω stirpes monosyllabas, ne a prosae quidem orationis scriptoribus et a tragicis poëtis in trimetris contrahitur substantivorum in ος alterius declinationis genetivus pl., cf. τειχέων, ἀνθέων [30]); nomina cum κλέος voce composita haud raro pristinam formam nominativi servarunt (quanquam compluria non Attica sunt): C. I. I, 647 Φιλοκλέης. 781, 4: Ἱε]ρ[ο]κλέης quae sunt monumenta privata satis vetusta, neque minus Υψοκλέης, Ἀγασικλέης, Πατροκλέης, Ἀγακλέης in tabula

29) Abr. II, §. 26.

30) Krueger, Gramm. graec. I, §. 18, 3. 5; II, §. 18, 2, 7.

magistratuum 158, A 6, cuius singulae partes Ol. 100, 4—101, 3 exaratae sunt (quanquam iam in titulo militari 165, Ol. 80, 3 scripto, et 171, qui est ex Ol. 89, 1, etc. ubique contractio apparet), in titulo militari 167 *Χαρικλέης*, 172, qui ante Ol. 118, 3 insculptus est, 4 *Μενεκλέης*, contra l. 4 *Κτησικλῆς*, l. 9 *Ναυσικλῆς* reperitur, ephemer. arch. nr. 961, l. 4 habes *Μειδοκλέης*, etiam comoediae Atticae poëtae solutionem interdum servarunt in his nominibus *Σοφοκλέης* etc., *Σοφοκλέει*, *Περίκλεες*, *Μεγάκλεες*, *Ἱερόκλεες* dicentes, *Ἐτεόκλεες* Aeschylus in trimetro exhibet [31], *Ἡρακλέες* Plato Theaet. 169, b [32]; porro *Θησέες* reperitur Plat. Theaet. 109, b [33], ephemer. arch. 725, qui titulus est ex Ol. 113, 4 promiscue usurpantur formae *εες* et *εις* substantivorum in *ευς*, veluti *Λαμπτρέες*, *Εὐωνυμέες* etc.; exstat apud Thucydidem et Platonem dualis *πόλεε*, *τραχέας τόπους* dicit Xenophon Cyneg. 9, 18 [34]; ephemer. arch. 364 l. 10. 11: *ἐπι‖[στρατη]γέονται πρὸς τὸ[ν Δῆμον]*, quanquam iam breviores formae *αὐτοῖς τε*, *Ἀργείοις καὶ* apparent in hoc titulo, qui Ol. 89, 1 scriptus est.

Quod apud Theognidem et Solonem in mediis stirpibus contractionem fieri videmus, hoc non confundendum est cum contractione, quae spectat ad terminationes, nam ibi syllabae maturius coalescere solent. Cuius rei etiam in Herodoti dialecto exempla non desunt (vid. supra).

Deinde animadvertere opus est exceptionem quandam, quam solutio apud omnes poëtas patitur.

Nonnunquam enim, ut formas metro accommodarent, coacti fuerunt poëtae, maxime elegiaci, ex duabus syllabis unam efficere, si vel synizesis illicita esset. Quocirca hoc nobis agendum erit, ut ubicunque formae contractae tradi-

---

31) Krueger, II, §. 18, 1, 5. Bergki „commentationum de reliquiis comoediae Atticae antiquae libri duo", p. 107. 328. 9.

32) Kr. I, §. 18, 3, 7.

33) Kr. I, §. 18, 5, 2.

34) Kr. I, §. 18, 8, 1.

tae sunt, accurate inquiramus, utrum metro necne excusari possint. Ut tamen infra ad singula transeuntes eo facilius impedimentis sublatis recta via rem ad finem quendam perducere possemus, non ab re duxi iam hoc loco certos terminos constituere, inter quos formas contractas ferendas censeam [35].

a) Ac primum quidem apud elegiacos in permultis formis, si dissolverentur, una syllaba brevis posita esset inter duas longas. Huc spectant syllabae εε ante duplicem consonam positae et εει, quarum εε, vocales eiusdem generis, omnino non poterant, εει apud Homerum quidem, quem elegiaci secuti sunt, non solebant synizesin efficere. Conferas: Xen. 1, 19 αἰνεῖν. Sol. 5, 1 ἐπαρκεῖ. Theogn. 1377 (mp.) ὁμιλεῖς. Call. 1, 2 αἰδεῖσθ'. Tyrt. 4, 7 μυθεῖσθαι etc. His annumerandum videtur Theogn. 639 εὖ ῥεῖν (vulgo εὑρεῖν), quae verba vim unius quasi vocis habent.

b) Deinde multae formae ex elegiis afferendae sunt, in quibus, si solverentur, plures quam duae breves syllabae altera alteram exciperent: Theogn. 928 τοιῷδε γένει|. 1310 (mp.) παῖδ' ·ἀδαῖ (παιδαΐδη A), cf. etiam nr. d). — Callin. 1, 3 δοκεῖτε. Theogn. 63 δόκει. 587 εὐδοκιμεῖν. 960: ἐδόκει. Arch. ep. 93, 1 in tripodiae dactylicae catalecticae fine: τῇ μὲν ὕδωρ ἐφόρει‖. Addas φιλοψυχεῖτ'. Tyrt. 10, 18 etc.

Neque minus apud iambographos in quibusdam formis, in quibus ab origine duae vel plures syllabae breves coniunctae fuerunt, contractione opus erat, quoniam soluta arsis in metro trochaïco et iambico rarissima est et saepius apud scaenicos poëtas demum nobis occurrit, soluta thesis vero (dactylus et anapaestus cyclicus) apud scaenicos primos in usum venit [36]. Prioris generis exempla exhibent Hipp. tr. 47, 1 ᾤκει. Sol. tr. 36, 13: κράτει‖. Arch. ep. 94, 1 ἐφράσω. Contractam thesin reperis his locis: Sim. 7, 4:

35) Haud raro in uno eodemque vocabulo duae (vel etiam tres) causae valere possunt.

36) Rossbach und Westphal, griech. Metr. III, pag. 149 sq. 188.

κυλινδεῖται χαμαί‖. 62 *ποιεῖται φίλον*‖. 75: *κινεῖται μόγις*‖. 28: *Ὁπλὰς ἐκίνει;* similiter, cum a duabus syllabis brevibus in thesi positis synizesis exclusa sit, crasin adhibitam esse existima in *προὔθηκε* Arch. tr. 38, *προὔπινεν* Hipp. tr. 39, 3, quae apud recentiores Ionas soluta relinqui solent.

c) Deinde in carminibus elegiacis excusatur contracta syllaba finalis, quae ante sequens vocabulum, quod a vocali incipit, corripiatur. Tyrt. 11, 30: *ξίφει οὐτάζων*. Theogn. 1219 *δυσμενεῖ ἐξαπατῆσαι* (Bergk. coni. *ῇ*). — Theogn. 252 *ἔσσῃ ὁμῶς*. — Sol. 13, 39: *δοκεῖ ἔμμεναι*. Theogn. 294 *ἀγρεῖ ἀμηχανίῃ* etc.

d) Denique in nominibus et verbis contractis, ubi thematis ultimae vocali vocalis antecedit, propter nimiam (trium vel etiam plurium) vocalium seiunctarum concursum contractione poëtae usi sunt: Sol. 13, 62: *ὑγιῆ*‖. Theogn. 473 *οἰνοχοείτω* (cf. b). 1008 (Mimn.) *ἐσθλὰ νοῇ*‖. — Sim. 7, 27 *ἢ δύ' ἐν φρεσὶν νοεῖ*. Quin etiam, ut postea videbimus, prosae orationis scriptores hanc euphoniae legem in quibusdam formis secuti sunt. Cf. „*Ἐ[χέ]δημός με ἐποίειν*" in titulo Milesio b Olympiadis 60 apud Kirchhoffium Stud. pag. 24.

§. 9.

De crasi.

Crasis frequentiore usu differt Theognis ab Homero, apud quem perpaucae tantum voces crasin efficiunt [1]). Saepissime (11 locis) *καὶ* particula apud illum cum vocali initiali sequentis vocis coire solet, cf. Theogn. 355 *κἀσθλοῖσιν*. 160: *χἠμέρῃ*. 536 *καὐχένα*. — 1342 (mp.) *κοὐκ*. Deinde articulus cum sequenti voce coalescit, veluti Theogn. 346 *τἀμά*. 918 *οὑπιτυχών*. 488 *τοὔνεκα* et 1349 (mp.) *οὕνεκα*, quarum vocularum copulationibus iam Homerus tam saepe utitur, ut speciem magis unius referant vocabuli.

1) Thiersch, griech. Gramm. §. 165.

Denique haec singula commemoranda sunt: Theogn. 453 ὤνθρωπ'. 529 προὔδωκα. 813 προὔδωκαν. 577 ἤ'κ (ἐκ cg, om. A). 147 ἀρετή 'στιν (idem versus legitur Phocyl. fr. 17), quod est antiquissimum crasis exemplum verbi εἰμί.

Ex Ionibus praeter duos locos Theognideos allatos solus Xenophanes unum tantum crasis exemplum exhibet: 2, 19 τοὔνεκεν. Quod fortasse casui dandum est, cum ultima exempla Theognidea etiam a Doride aliena sint, itaque imitationi elegiacorum Ionicorum debeantur, atque optimae auctoritatis testimonium tradatur in Etym. M. 821, 38: ὦλλοι· ἀντὶ τοῦ οἱ ἄλλοι. Αἱ τοιαῦται συναλοιφαὶ τῆς δευτέρας εἰσὶν Ἰάδος, ᾗ Ὅμηρος οὐκ ἐχρήσατο· διόπερ Ζηνοδότῳ μέμφονται εἰπόντι δεῖν ἀναγινώσκειν· ὦλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες.

Apud Solonem duo exempla inveniuntur: 13, 60 κοὐκ. 37 χὤστις, nullum apud Tyrtaeum.

Iam ad iambographos transitum faciamus. Qui quod saepissime crasi utuntur, multo saepius etiam quam Herodotus, non est quod miremur. Quomodo enim fieri potuisset, ut voculae vocali clausae semper ante vocem consona in fronte instructam ponerentur? Iambographos autem crasin tantummodo ad vitandum hiatum vel complurium syllabarum brevium concursum adhibuisse optime demonstratur fragmento Simonidis 22: (ἦ) πολλὰ μὲν δὴ προεκπονῇ, Τηλέμβροτε, ubi cum liceret, synizesin crasi antepositam videmus. Accedit, quod poëtae omnino a rarioribus crasibus, quales apud scaenicos Atticos maximo in usu erant, se abstinuerunt. Patiuntur enim crasin tantummodo particulae καί, δή, πρό, ὦ et articulus, quorum hic in masculino et neutro [2]), ὦ saepe apud Herodotum et Hippocratem crasin efficiunt, δή autem alia de causa excusari potest.

---

2) Conferas quae ex titulis collegi: Sig. 8 τοὐρμοκράτεος, Milesio 39: τὠπόλλωνι, Teïo 3044, A 32 τὠγῶνος, Hal. 38 τὠπόλλων[ος], Milesio Kirchh. „Studien" pag. 14: „Ἱστια[ῖος ἀνέθ]ηκε τὠπόλλω[νι, qui circa Ol. 69 Histiaei tempore exaratus est.

καὶ apud Herodotum quidem rarissime tantum invenitur et pauci illi loci propter multos ceteros mea quidem sententia valde incerti sunt; sed tamen conferas titulum Thasium antiquissimum (ed. Michaelis) ubi est κἀπόλλωνι et Ephes. 2953, 4: κἂν-κἂν (quanquam ibi κἢν exspectas). Etiam apud Hippocratem saepe κἢν legi, veluti Co. 111. 283. 491. 599. AAL 15 etc.

Restat, ut nonnulla afferam exempla.

Sicut elegiaci, sic etiam iambographi saepissime καὶ particulam per crasin cum sequenti voce copularunt:

Cf. Sim. 7, 35: κἀποθυμίῃ Arch. tetr. 63, 1: κἀναρίθμιος Hipp. tr. 29, 2: κἀκφέρῃ. — Sim. 16, 1 κἠλειφόμην. An. tetr. 5, 10 κἠμέρης. — Sim. 24, 1 χὠς. — Arch. ep. 86, 2 καἰετός (omisit Bergkius: „καὶ αἰετὸς Choerobosc. in Psalter."). — Sim. 1, 19 καὐτάγρετοι (Stobaei A ἢ αὐτ.) — Hipp. tetr. 83, 2 κοὐχ. Contra Hipp. tr. 31: Ἀπό σ' ὀλέσειεν Ἄρτεμις, σὲ δὲ κὠπόλλων corrupta habenda sunt non solum quia duplex crasis, quae omnino rarissime invenitur summae offensioni est, sed etiam quia veri dissimile est anapaestum in quinto pede a poëta positum esse [3]; immo vero quia prorsus falsa est haec sententia. Nam Hephaestio 31 (fr. 13, 2) dicit: Τὸ δὲ χωλὸν οὐ δέχεται τοὺς παραλήγοντας τρισυλλάβους πόδας οὔτε δάκτυλον οὔτε τρίβραχυν οὔτε ἀνάπαιστον, ἀλλὰ μάλιστα μὲν ἴαμβον. ὅτε καὶ εὐπρεπές ἐστιν, ὡς τὸ Ἀκούσαθ' κτλ. Hunc egregium auctorem sequi malui quam Tzetzam in Crameri An. Ox. III, 310, 17: Στίχοι Ἱππώνακτος τρισυλλάβους ἔχοντες τοὺς παραλήγοντας πόδας. (Exeg. II, 83, 25 eundem versum ὑπερβατοῦ causa affert). Recte enim Meinekius suspicatur (fr. 54 Hipponactis choliamborum [4]) illum hominem vitioso codice usum esse. Ceterum autem Tzetzae iam propterea, quod erat iudici severioris expers et summa ignorantia, non credendum est. Itaque cum Meinekio σὲ δ' ὡπόλλων

---

3) Rossb. und Westph. III, p. 195.

4) Leguntur in Lachmanniana Babri editione, curata Berol. 1845.

lego, nisi quod spiritum lenem in asperum mutavi [5]), quem Tzetza tradidit in κ᾿ὡπόλλων. — Articuli coalescentis exempla habes: Arch. tr. 50, 1 τἀμά. Sim. 7, 113 τοὐτέρου, quod apud Atticos θἀτέρου sonat. Contractionem autem, qualis apparet Arch. ep. 93, 2 in τἠτέρῃ (vid. Bergk.) ab Ionibus non alienam fuisse docet titulus Teïus 3044, ubi legitur A 23: ἐν τῆπάρῃ, 35: ἡ ᾽πάρῃ. Quibus exemplis simillimum est Arch. tr. 24, 1 δή ᾽πίκουρος. Porro legitur Arch. tetr. 85: ὦ ᾽ταῖρε (Hephaest. F C ἑταῖρε). De formis προὔθηκε, προὔπινον iam §. 8, 3b) verba fecimus. Denique δηὖτε, modo ex δὴ αὖτε [6]) natum sit, invenimus: Arch. tetr. 60 et Hipp. tetr. 78. Non tamen neglegendum est, utrumque locum ex tetrametris sumptum esse atque δηῦτε fortasse rectius sine coronide scribi, cum eius origo iam mature oblitterata esse videatur, ita ut semper vim unius fere particulae haberet [7]).

Apud Solonem, qui patriam dialectum sequitur, haec crasis exempla deprehendis: tetr. 33, 7 κἀπιτετρῖφθαι. trim. 36, 16: κἀγαθῷ. 37, 5: τῶν οὕνεκ᾽, quo loco tamen vix de vivae crasis usu cogitari potest.

DE DECLINATIONE.

§. 10.

De declinatione priore in vocalem (α et ο) exeunti [1]).

1) De α vocali in η mutata iam supra diximus. In relicuis igitur, quamnam rationem poëtae ingressi sint, nobis inquirendum est.

---

5) Quomodo Bergkius ad fr. 45, 1: in ὠπόλλων spiritum lenem allato Apolloni Dyscoli loco commendare possit, non intellego.

6) Hartung, Lehre von den Partikeln der griech. Sprache I, p. 323.

7) Ahr. I, p. 104.

1) Inde ab hac §. in disponenda materia G. Curti grammaticam Gr. secutus sum.

2) a. In genetivo singulari nominum masculinorum in *η ς* desinentium et in genetivo plurali totius declinationis in *α* rarissime tantum inveniuntur terminationes *α-ο* et *α-ων* Aeolum maxime propriae. Quod poëtae elegiaci hanc antiquissimam rationem nondum prorsus abiecerunt, firmum est indicium imitationis Homericae.

Exhibentur exempla singularis numeri a

Mimnermo 11, 5 *Αἰήταο*, a Xenophane 2, 3 et 21: *Πίσαο*, a Theognide 243. 4:

καὶ ὅταν δνοφερῆς ὑπὸ κεύθεσι γαίης
βῇς πολυκωκύτους εἰς Ἀΐδαο δόμους

427 *πύλας Ἀΐδαο περῆσαι*. 906: *εἰς Ἀΐδαο περᾶν*, qui loci nostram sententiam eo magis confirmant, cum formulas contineant ex carminibus Homericis depromptas: cum priore loco conferas *X* 482: *νῦν δὲ σὺ μὲν Ἀΐδαο δόμους ὑπὸ κεύθεσι γαίης* ‖ *ἔρχεαι* et *ω* 204 ‖, cum secundo et tertio *E* 646 ‖ et *Ψ* 71 ‖.

Pluralis exempla supersunt: Phoc. 11, 1 *περινισομενάων*, Theogn. 250 *Μουσάων*, 766 *μεριμνάων* (Xen. 5, 4 *ἀοιδάων* Bergk. optime in *ἀοιδοπόλων* mutavit).

Multo vero saepius comparent Ionicae terminationes *εω* et *εων*, quae ex illis syllabarum quantitate mutata (*ων* iam suapte natura longum erat) et *α* in *ε* extenuato natae sunt. Paucis tamen locis vulgares formae contractae traditae sunt. De quibus quidnam statuendum sit, quaeritur.

Ionas quidem iambographorum et elegiacorum aetate *εω* et *εων* dixisse, cognoscitur ex Homeri et scriptorum recentiorum consuetudine, qui ubique his terminationibus utuntur. Sic legimus Hippocrat. E I 180 *Ἀνταγόρεω*. 193 *Φρυνιχίδεω* E III 210 *οἰκέτεω*. Charon. 9: *τῶν Βισαλτέων*. Hecat. 67 *πρὸς βορέω*. 140 *Περσέων*. Democrit. moral. 8 *οὖρος ξυμφορέων καὶ ἀξυμφορέων*. Anaxagor. 9 *τῶν νεφελέων*. Heraclit. 16: *Τευτάμεω*. Democrit. 76: *τῶν ἡδονέων*. Diogen. 4 *εὐδιέων*. Etiam Phoenix Colophonius, qui vixit Ol. 118, dicit fr. 1, 1: *χεῖρα προςδότε κριθέων* ‖. Postremo legimus in Miles. 39: *Ἀπολωνίδεω*; in titulo Siphni

insulae, 2423 c: Νυ(μ)φέων ἱερόν. Pari insulae 24, versu tertio secundum Kirchhoffi („Stud." p. 58) emendationem: Τοῦ Παρίου [π]οίημα Κ[λεΐππ]ίδεω εὔχομ[αι εἶναι], quorum uterque non multum post initium saeculi quinti a. Chr. n. exaratus est; in Hal. l. 11: Ἀπολωνίδεω, 14 Μεγαβάτεω, 3. 13 Σαλμακιτέων, in Tralliano 2919, 2: Ἀρτασσέσσεω, in Myl. 2691, e l. 9 resedit τοῦ εὐεργέτεω, etiam in epitaphio Cyziceno 3682, quod certe non primum vel secundum a. Chr. n. saeculum superat: Φαίηξ Ἰ[σ]αγόρεω, in Amph. 2008 exstat. l. 4 Ἀμφιπολιτέων, in Cyziceno 3658 (Addend.) ἱππάρχεω, in titulo ephemeridis archaeol. nr. 526, qui in Piraeo repertus est: Ἡγησίθεμις Ἡρακλείδεω Σινωπεύς. Quin etiam in nummis Olbianis Caracallae et Severi Alexandri tempore excusis — ut taceam de vetustioribus — nomen Ὀλβιοπολιτέων praeter Ὀλβιοπολιτῶν occurrit [2]).

Itaque cum videamus quanto post illorum poëtarum aetatem solutae formae in usu fuerint et lingua vulgari iam dominante remanserint, non possunt illi contractis formis usi esse. Etiam testimonium scholiastae in Cram. Anecd. Graec. Par. III, 115, 1: Πηληϊάδεω (Α 1). Οἱ Ἴωνες καὶ οἱ ποιηταὶ τὰς εἰς ου ληγούσας γενικὰς τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ης εὐθειῶν γινομένας διὰ τοῦ εω προφέρουσιν, οἷον Ξέρξου, Ξέρξεω, Ἀτρείδου Ἀτρείδεω, ἐναντίως τοῖς Βοιωτοῖς καὶ Αἰολεῦσιν, idoneum est, quod huc referatur, nam scholiastam intellegere Ionicos poëtas cum verba prima tum ultima ἐναντίως etc. indicant. Ceterum genetivi ubicunque leguntur, synizesi proferendi sunt, etiam ubi syllaba brevis antecedit, quoniam ab epicis et elegiacis constanter sic collocari solent atque apud iambographos thesin solutam nobis agnoscere non licet, veluti Hipp. 15, 2: Ἀττάλεω τύμβον||, licet bonus Tzetza de pede trisyllabo fabuletur. Cf. §. 9. Satis aperte hoc ipsum praecipit grammaticus Choerobosc. I, 139 (Bekker. An. III. 1393) μύκης . . . σημαίνει δὲ καὶ τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνθρώπου, ὅπερ ἰσοσυλλάβως ἔκλινεν

2) Boeckh. Corp. I. II, p. 86, 5.

Ἀρχίλοχος εἰπών· Ἀλλ' ἀπεῤῥώγασί [μοι] ‖ μύκεω τένοντες. Cf. Cram. An. Ox. III, 231, 5.

Exstant haec: Arch. tr. 25, 1: Γύγεω. 28 Λυκάμβεω (ab Elmsleyo restitutum pro vulgato Λυκάμβεος). 47, 2 μύκεω. 48 Ἄρεω tetr. 70, 1: Λεπτίνεω. ep. 104, 2: Bergkius affert ex Hesychio: Σελληΐδεω. Hipp. tr. 15, 2 Ἀττάλεω, 3 Γύγεω. 64, 2. 3 καί με δεσπότεω βεβροῦ ‖ λαχόντα (Schneidewin. recte coniecit; apud Tzetzam μηδέποτε ἀβέβρου [A καί με δεσπότεα βέβρου]; ita demum respondent versus consilio Tzetzae, quo eos affert). — Semel tantum in iambos vulgarem formam librarii intulerunt: Hipp. tr. 77. . . . Κρέας ἐκ μολοβρίτου συός ‖. Quem versum ab Eustathio non accurate citari iam ex ipsius verbis intellegitur: Ἐπάγει (Ἀριστοφάνης) ὡς καὶ Ἱππῶναξ τὸν ἴδιον υἱὸν μολοβρίτην που λέγει ἐν τῷ· Κρέας etc. ipse se quasi arguit neglegentiae, nam alio loco (Archil. fr. 48) dicit: κλίνεται δὲ καὶ ὡς σπονδειακὸν Ἄρης, Ἄρου, ὅθεν κατ' Ἰάδα διάλεκτον ἐπεκτείνας Ἀρχίλοχος ἔφη etc. — Phocyl. 3. 6. Καὶ τόδε Φωκυλίδεω a Stobaeo et Phrynicho sic exhibitum; quamobrem cum Bergkio corrigendum est Φωκυλίδου, quod legitur 1. 4 (praesertim cum ab eodem Stobaeo tradatur). 5. Quod exordium quoniam proverbi loco usurpabatur (cf. Ciceron. ad Attic. 4, 9 ubi item Φωκυλίδου), apparet, quanto facilius in vulgarem dialectum converti potuerit.

Arch. el. 1, 2 Μουσέων (Plut.; Μουσάων Themist. Athen., epit. Eustath.) tr. 22: τερπωλέων. tetr. 54, 2 Γυρέων. inc. 127 θυρέων. Hipp. tr. 43, 2 κριθέων. Anan. tetr. 5, 9: καὶ μεσέων νυκτῶν (μέσων Athenaei C). — Corrigenda sunt:

Mimn. 7, 3: πολιτῶν et 6, 1 μελεδώνων, contra ἀργαλέων quod antecedit, recte sese habet, utpote quae forma contractionem propter ε ante εω positum inierit. His addas Theogn. 1056 (Mimn.) Μουσῶν [3]). — 1249 (mp.) κριθῶν et 1273 θυελλῶν.

3) De simili Homeri consuetudine cf. Thierschi gramm. Gr. §. 179,

Secuntur ceteri elegiaci. Apud quos hi genetivi cernuntur ad normam Ionicae dialecti formati:

Tyrt. 12, 6: *πλουτοίη δὲ Μίδεω καὶ Κινύρεω μάλιον* (G. M. Schmidt scripsit; vulgo *Κινυρέοιο μᾶλλον*, et sic Stobaei Vind. A (*Κινυρεοῖο*), B *Κινύραο πλέον*, Camerarius *Κινύρεω βάθιον*), 7 *Ταντλίδεω*. — 10, 14 *ψυχέων*.

Theogn. 702 *Αἰολίδεω* (A et Stob., *ου* ceteri). 703 (A, *ἀΐδαο* ceteri). 802. 1124: *᾿Αΐδεω*. 716 *Βορέω* (A), 176 *πετρέων* (A, ceteri *πετρῶν*; sed *πετρέων* ap. Stob. AB (vulgo *πετρῶν*), et Clem. Strom.; *πετρῶν* Plut. etc.; propter synizesin adhibendam conferas 1361 (mp.) *Ναῦς πέτρῃ προςέκυρσας*). 219 *πολιητέων* (A, *πολιτάων* KO, *πολιτῶν* ceteri). 1153 *μεριμνέων* (A, K *μερίμνων*, ceteri *μεριμνῶν*). — 894 *Κυψελίδεων* (legebatur *κυψελίζων* et *κυψελλίζον*) quamquam 891—94 non Theognidis sunt. — In *ἀνιῶν* 344 et *ταχεῶν* *῾Αρπυιῶν* 715 contracta forma excusationem habet.

Sol. 24, 8: *εἰς ᾿Αΐδεω* (AKO apud Theogn. 726, *ἀΐδην* reliqui ut Stobaeus). 13, 49: *῾Ηφαίστου πολυτέχνεω*. 13, 51: *᾿Ολυμπιάδων Μουσέων* (Brunck, codd. *μουσάων* et *μουσῶν*). 26, 2: *Μουσέων* (in compluribus Plutarchi codd. *αων*).

Quibus cum formis vulgares contractae promiscue usurpatae videntur a Solone. Exstant enim:

El. 2, 4 *Σαλαμιναφετῶν* (Is. Vossius et Hermann, v. *Σαλαμῖν᾿ ἀφέντων*, sed Stobaei codd. *Σαλαμῖν᾿ ἀφέτων*). tetr. 33, 6: *᾿Αθηνῶν*. tr. 36, 12: *ἤδη* (scribas *ἤθη* cum

---

34. 35. Quodammodo tamen haec lex apud omnes Ionas recentiores valere videtur. Namque Dindorfius, qui §. 9 elisum *ε* librariorum culpae tribuit, certe in errore versatur. Rectius Bredovius p. 218 contractionem (elisionem) agnoscit, ubi *ε* vocalis antecedit. Equidem nescio an hic usus non tam artis finibus circumscriptus fuerit. Nam in titulo Halicarnassio, l. 12 *Πανυαμύω* legitur. Etiam Hippocrates simplici *ε* utitur post vocales aut diphthongos. Cf. J. Fl. Lobecki commentationem inscr.: „Beiträge zur Kenntniss des Dialects des Hippocr.“ p. 14 sqq. Philologi VIII. Miror tamen, quod vir doctus genuina scripta non a suppositis seiunxit.

Bergkio in proecdosi) δεσποτῶν τρομευμένους (Γ apud Aristid., vulgo δεσπότας).

Putaverit quispiam, quamquam fortasse Σαλαμιναφετῶν in elegiis mutandam sit, tamen defendendam esse scripturam traditam in iambis, ubi poëta patriam dialectum sequatur. Attamen ne in his quidem ῶν recte se habere potest. Cum enim mecum reputo usurpasse Solonem in 1. declinationis in α exeuntis genetivo cum Ionibus η, dixisse videri etiam illius temporis Atticos εω in genetivo singulari — ου enim recentius ex χέω, propter accentum simillime ac χέο pronuntiato, natum est —, verisimile fit Solonem, cum in multis rebus Ionas sequeretur, etiam in genetivo pl. Ionice εων dixisse, vel si statuis antiquo tempore apud Atticos eum αων, non εων sonuisse [4]). Accedit, quod multa similia, veluti nominis stirpium in σ exeuntium genetivus pl. (cf. §. 8, 3), pronominis personalis genetivus pl. (§. 13), verborum purorum formae non contractae εω εων genetivum pl. εων commendare poterant.

Neque in dubio relinquitur, quid de formis iudicandum sit, quae leguntur apud Theognidem vs. 1014 Ἀΐδου, 455 πολιτῶν, 769 Μουσῶν, 343 et 1153 κακῶν (scil. μεριμνέων, quod A servavit). Etenim in Dorica dialecto vulgares formae nunquam in usu fuerunt, sed ᾱ et ᾶν ex αο et αων contractae. Quomodo igitur, quaeso, ferri potest in carminibus Theognidis recentior Attica flectendi ratio?

Denique genetivorum forma α et αν, quam modo Doriensium propriam esse diximus, reperitur apud Tyrtaeum embater. 15, 2 πολιατᾶν et apud Theognidem vs. 785 et 1088 in Εὐρώτα, qua cum forma comparari possunt: Hesiodea μελιᾶν (op. 145) et θεᾶν (theog. 41). Apud Theognidem tamen summi momenti est hanc rationem tantum in

4) In inscriptionibus nullum exstat exemplum. Nam pro eis quae Boeckhius ediderat in Attica inscriptione C. I. I, 33 Τῶν Ἀθηνέων ἆθλον εἰμί, Franzius elem. epigr. p. 101 vidit legenda esse: τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων εἰμί.

Dorico nomine proprio valere. Talia ne ab Atticis quidem aliena sunt, atque legimus in marmore Pario 2374, 49 et 61: *Τλησία*, *Ἱππία*, in Myl. 2691 e 3. 12. 13 *Μανίτα* (cf. substantivum *μηνίτης*).

b. In declinatione stirpium in *ŏ* exeuntium genetivi usitata forma est *ου*. Ex imitatione tamen linguae Homericae vel omnino epicae elegiaci interdum antiquiore *ο-ιο*, ex qua illa iota eiecto contractione nata est, hunc casum instruunt, plerumque vel eandem versus sedem, saepe etiam eandem formulam retinentes, in quibus eiusmodi formae apud Homerum comparent. Videntur autem pleniores formae ex vetustissima lingua ab Homeridis [5]), ex horum carminibus ab elegiacis retentae esse, propterea quod metro dactylico aptissimae erant. Rarior earum usus apud elegiacos, partim quidem, ex pentametri structura explicandus est, secundum quam ab utriusque hemistichi fine exclusae erant.

Ac primum quidem ante caesuram primariam collocata sunt:

Tyrt. 12, 5 *Τιθωνοῖο* (apud Homerum bis in versu exeunti).

12, 25 *στέρνοιο*, apud Homerum quinquies, ut *Λ* 842.

Mimn. 2, 7: *θανάτοιο* (apud Homerum maxime in versus fine).

Theogn. 707: *ὅντινα δὴ θανάτοιο μέλαν νέφος ἀμφικαλύψῃ*. Cf. *δ* 180 *πρίν γ' ὅτε δὴ θανάτοιο μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψεν*.

Theogn. 103: *ἐκ χαλεποῖο πόνου*. 119 *χρυσοῦ κιβδήλοιο*.

949 *νεβρὸν ὑπὲξ ἐλάφοιο λέων ὥς ἀλκὶ πεποιθώς*.

Cf. *Λ* 113: *ὡς δὲ λέων ἐλάφοιο — τέκνα* ‖ *-συνέαξε*, maxime *E* 299.

Sol. 13, 23: *λάμπει δ' ἠελίοιο μένος*. Cf. *Ψ* 190. *κ*

5) De usu Homerico bene disseruit A. Leskien in Fleckeiseni annalium vol. 95 et 96 (1867), I, pag. 1 sqq.

160 -*μένος ἠελίοιο*|| ceterum 7 locis Odysseae *ἠελίοιο* in medio versu legitur.

Deinde in versus ultima sede:

Arch. 1, 1: *Ἐνυαλίοιο ἄνακτος*||, idem legitur Hesiod. scut. 371 (*N* 519: *υἱὸν ἐνυαλίοιο*-||).

Tyrt. 12, 35: *εἰ δὲ φύγῃ μὲν κῆρα τανηλεγέος θανάτοιο.* Cf. potissimum *Θ* 70 et *X* 210: *ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο*, praeterea *ταν. θ.* in eadem sede 6 Odysseae locis.

Mimn. 9, 5: *ποταμοῖο*, et 14, 7 *πολέμοιο* saepe Homerus praebet.

Mimn. 11, 5 et 14, 11: *ἠελίοιο*, sic semper in Iliade positum est.

Theogn. 569 (Mimn.) — *λείψω δ' ἐρατὸν φάος ἠελίοιο*||. Cf. *Σ* 11. *λ* 93. Hesiod. op. 155. hymn. in Ven. 4, 272: *λείψω, λιπών, ἔλιπον, λείπει φ. ἠ.*||.

1143 *ἀλλ' ὄφρα τις ζώει καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο*||. Cf. *Σ* 61. 442: *ὄφρα δέ μοι ζώει καὶ ὁ. φ. ἠ.*|| *δ* 540. 833 *ξ* 44 *υ* 207. *κ* 498: *ζ.* — *ἠ.*|| Praeterea formula *φάος ἠ.*|| exstat 8 [9] locis et hymn. in Apoll. Del. 1, 71. et Hesiod. fr. 224.

1185 (Mimn.): — (*αὐγαὶ*) *φαεσιμβρότου ἠελίοιο*||. Cf. *κ* 138. Hes. theog. 958.

527 (Mimn.) *γήραος οὐλομένοιο.*

705: *νόοιο* || quater apud Homerum, veluti *K* 122.

879: *Τηϋγέτοιο.*

Solon 13, 19: *πόντου πολυκύμονος ἀτρυγέτοιο* et

Hipp. hex. 85, 4 *παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο* ||, sumpta sunt Hipponactis verba ex *κ* 179. *Α* 316. 327 (hymn. in Dion. 7, 2). *θ* 49 (*ἐπὶ*); praeterea *ἁλὸς ἀ.* || tribus locis reperitur.

Denique in paenultima sede exstat:

Arch. el. 9, 3 *κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.* Eadem verba habes hymn. in Ven. 6, 4: *κῦμα-θ.*|| *B* 209. *Z* 347. Praeterea *π. θ.* || 6 locis Homericis et hymn. in Merc. 3, 341 et Hesiod. op. 648 occurrit.

Verum iambographos, quoniam *οιο* terminatio non solum a recenti Iade prorsus aliena erat, sed etiam ipsa Homeridarum aetate tam obsoleta, ut non usurparetur nisi in formulis et certis versus pedibus, exspectamus sola *ου* forma usos esse, etiam in tetrametris. Nihilo setius Arch. tetr. 77, 1 vulgo legunt: *Ὡς Διωνύσοιο ἄνακτος*, ubi Athenaei PVL exhibent *Διονύσοιο*. Sed tamen pro hac forma dubitari vix potest, quin cum Hermanno restituendum sit *Διωνύσου*. Neque vero debebat Bergkius scribere *ο* eliso: *Διωνύσοι'* cum tale quid etiam ab usu Homeri prorsus recedat. Egregie Hermannus [6]) „vehementer", inquit, „secum ipsi pugnassent Graeci poëtae, si formas vocabulorum ob id ipsum inventas" (vel potius servatas) „ut locum deficientis in versu syllabae explerent, rursus decurtare, quam communibus formis uti maluissent." Corruptela procul dubio inde nata est, quod librarius vel Athenaeus ipse verbis paullo ante (pag. 627. C) ex Archilochi elegiis citatis (*Ἐνυαλίοιο ἄνακτος*) perducebatur, ut *οιο* formam poëtae propriam esse putaret.

3) Longiores et breviores dativi pluralis formas poëtae elegiaci epicorum more illi quidem promiscue usurpant, sed tamen paullo saepius quam Homeridae breviores posuerunt, ut fert metri mutati natura.

Ac de formis in *οις*, *οισι* non habeo, quod pluribus disseram. Maioris momenti est dativus pluralis stirpium in *α* vocalem cadentium. Qui apud Homerum sonare solet *ῃσι*, *ῃς*, *αις* tantum in *ἀκτή*, *θεά*, *πᾶσα* vocibus (3 locis, praeterea Bekker etiam *Γ* 158 *θεαῖς* reposuit), modo recte sese habeant [7]). Multo saepius vero quam Homerus elegiaci, si libris fidem habeas, *αις* terminationem usurpant, tam saepe fere quam *ῃσι*. Attamen elegiacos omnes tantum formas

6) Orphic. 722 sq. Cf. etiam Herodianum ad *Δ* 35 etc.

7) Vix crediderim. Frustra enim quaeris, cur *θεῇσι* ubique scriptum sit, cur *πάσῃσι*, cur in hoc vocabulo multis locis Ionicus genetivus.

ῃς, ῃσι admisisse supra docuimus (illas tres Homericas neglegere licet, cum non occurrant); quocirca αισι ubicunque traditur, corrigendum est aeque atque αις; nam ea consuetudo ex qua brevior forma in αις exire solet, recentiorum demum epicorum propria est (etiam epigrammatum scriptorum).

Ad singula autem transeuntibus elegiaci Ionicae stirpis et Solon Atheniensis dativum suppeditant:

Arch. 9, 2: θαλίῃς | τέρψεται. 9, 4: αμφ' ὀδύνῃς ἔχομεν. — Mimn. 14, 11 αὐγῇσιν (vulgo αὐγαῖσιν apud Stobaeum), 2, 2: αὐγῇς | αὔξεται ἠελίου (αὐγὶ Stobaei libri). His addas Theogn. 983 (Mimn.) θαλίῃσι (A θαλίεσσι, KO θαλίαισι). — Theogn. 1234 (mp.). 1357 ῃσι. — 1269. 1281 (bis) αισι. 1271 μαργοσύνῃς ἀπό. 1234 αις. — Xen. (1, 3 ἐν φιάλῃσι προτείνει scr. Bergk., libri Athenaei exhibent φιάλῃ παρατείνει) 3, 5: χαίτῃσιν (Athenaei PVL, χαίτιαιν AB). 2, 3 παρ Πίσαο ῥοῇς ἐν Ὀλυμπίῃ (πὰρ πίσα ὀρόησεν P, παρπίσα ὀρόησεν B, πὰρ πίσα ὀρόης ἐν V Athenaei). — Sol. 4, 5 ἀφραδίῃσιν (4, 22 φίλαις ‖ coniecit Bergk; debebat ῃς scribere). 13, 36: κούφῃς ἐλπίσι (Stob. αις) 37 ἀργαλέῃσι, 61 τὸν δὲ κακῇς νούσοισι κυκώμενον ἀργαλέῃςτε (Stob. αις). 24, 4 πλευρῇς καὶ (scr. Bergk., Plutarch. ῃ, Theogn. 722 αῖς). 28 προχοῇσι (προχοαῖσι Plut. F a L).

Apud Theognidem [8]) longior terminatio semper fere est ῃσι(ν), eaque in versibus: 225. 239 ⊙. 325 (ἁμαρτωλῇσι, KO οῖσι). 439. 513. 619. 703. 712 ⊙. 828 ⊙. 881. — Quibus addi potest 779 ubi ἰαχοῖσι A, ἰαχαῖσι ceteri exhibent, quoniam οισι et ῃσι haud raro permutata sunt.

αῖσι forma non apparet nisi: 55 πλευραῖσι AKO, οῖσι s, ῇσι ceteri.

Deinde brevior forma ῃς: 12 (νηῦσι θοῇς‖, A θοῇς, ceteri αῖς) 239 ⊙ (AKO θοίνῃς δὲ, rel. αις). 1002 (ῥαδινῇς

8) Quibus versibus hoc signum ⊙ appinxi, ei vel ipsi vel versus qui proxime antecedit vel sequitur etiam exemplum alterius formae exhibent.

χερσὶ Athen., Theognidis codd. αἷς). Praeterea Heckerus sententia flagitante 879 κορυφῆς ὕπο Τηϋγέτοιο coniecit pro librorum κορυφῆς ἄπο. (778 κιθαρῆς ἠδ' ἐρατῇ θαλίῃ Bergk. scripsit pro κιθάρῃ καὶ, recte ut videtur.)

Denique vulgaris forma decurtata legitur: 161. 240. 432. 632 (bis). 631. 640. 712 ⊙, 827. 8 ⊙. —

Quas formas ascripsi omnes, ut melius intellegeres prorsus nullum discrimen intercedere inter η et α. Ex duobus locis etiam cognoscimus hac sylloge demum composita a librariis α in η mutatum esse. Versu 1002 enim, ubi codd. ῥαδιναῖς praebent, Athenaeus ῇς servavit; et vs. 722, qui a Solone sumptus est, in Theognidis codicibus legitur πλευραῖς, apud Plutarchum contra, qui eum Solonis esse dicit, πλευρῇ; ubi, cum singularis numerus non aptus sit, elucet σ tantummodo excidisse.

Denique apud alterum poëtam Doricum leguntur: 11, 19 ἐν κονίῃσιν. 2, 2 Ἡρακλείδαις. 4, 6 εὐθείαις ῥήτραις (Plut., Diod. εὐθείην ῥήτρας). 10, 25 φίλαις ἐν χερσίν.

Sed haec hactenus; nunc ad iambographos veniamus. Unum illud iam supra docuimus, nomina, quorum stirpes in α exeunt, non posse non terminari in ῃσ(ι). Nihil aliud igitur nobis relictum est, quam quaestio de formis longioribus et brevioribus nominum utriusque stirpis. Illae servatae sunt locis, quos allaturus sum [9]: Arch. (tetr. 83 βακχίῃσιν Bergkius coniecit) ep. 84, 2 χαλεπῇσι θεῶν ὀδύνῃσιν ἕκητι. Sim. 7, 6 κοπρίῃσιν, 38 ναύτῃσιν, 44 ἐνιπῇσιν, 89 πάσῃσιν. Hipp. tr. 4 κράδῃσι. 5, 2 κράδῃσι καὶ σκίλλῃσιν. 19, 3 ἀσκέρῃσι-δασείῃσιν (62, 2: ἐν τῇσι γνάθοις Bergk. pro τοῖσι scripsit). — Sol. tr. 37, 6 ἐν κυσὶν πολλῇσιν (Aristid. codd. αἷσιν). Arch. tetr. 66, 6: ἀλλὰ χάρτοισιν τε χαῖρε, καὶ κακοῖσιν ἀσχάλα. ep. 94, 4 ἀστοῖσι φαίνεαι γέλως. Sim. 1, 21 βροτοῖσι κῆρες. 7, 19 παρὰ

9) Locos qui ad declinationem in α spectant hic habes collectos omnes.

ξείνοισιν ἡμένη. Hipp. 36, 3 κηρίοισιν ἐμβάπτων. 43, 1 κακοῖσι δώσω. Sol. tr. 38, 3 φακοῖσι· κεῖϑι-, etc.

His annumerandi sunt ei loci, ubi brevior forma cum posita sit ante vocalem, elisione excusari potest: Arch. tetr. 62 ἀνϑρώποις Ἄρης. 65 τὸν κακῶς με δρῶντα δεινοῖς ἀνταμείβεσϑαι (κακοῖς). 70, 2. 3. Sim. 1, 24 κακοῖς ἔχοντες. 7, 29. 64; 14, 1. Nihil nos impedit, quominus huc referamus etiam Arch. tetr. 72, 2: προςβαλεῖν μηρούς τε μηροῖς, ubi cetera omissa sunt. Sol. tetr. 34, 2 λοξὸν ὀφϑαλμοῖς ὁρῶσιν. tr. 37, 2 ἃ τοῖς ἐναντίοισιν ἥνδανεν.

Optime congruunt haec exempla plenioris formae cum prosae Ionicae scriptorum consuetudine, qui alteram prorsus aspernati sunt. Etiam in antiquissima Thasi insulae inscriptione (ed. Michaelis) legimus Νύμφῃσιν, in Diris Teïis 3044 A 33 Ἀνϑεστηρίοισιν καὶ Ἡρακλείοισιν καὶ Δίοισιν, ἐν, 36: ἐν ᾗσιν ἢ πάρῃ γέγραπται. 43—44: ἐπὶ Τηΐοισιν τὸ ξυνόν, in Olynthiaco: l. 2: ἀλλήλοισι (contra l. 11 ἀ]μφοτέροις δοκῇ). In recentioribus titulis decurtatas formas apparere: in Myl. 2691, 7: τοῖς προγόνοις τοῖς τούτων, in Myl. 2909, 3 τοῖς ἑωυτῶν, 5 αὐτοῖς κατάπερ, nemo mirabitur [10]). — Antiquam rationem ne Herodas quidem mimiamb. 3, 2: ἢ τῇσι μηλάνϑῃσιν ἅμματ' ἐξάπτων || deseruit.

Similiter in lingua Attica, quanquam quo tempore maxime exculta est, longiores formae in vivo vitae cotidianae usu iam diu exstinctae erant, tamen quod a poëtis scaenicis vel diverbiis intextae sunt, quod prosae scriptores (praecipue Plato) sese non ab eis abstinuerunt, demonstrat Solonis tempore solas usitatas fuisse; aliter enim fieri non potuit, ut ad tam recentem aetatem manerent. Idem colligere licet ex antiquioribus titulis, ubi multa illius usus vestigia servata sunt. Praeter exempla, quae §. 6 attuli, conferas C. I. I, 71, Col. 6, 10 τοῖς ἀκολ[ούϑ]οισιν καὶ [δούλ]οισιν, 26 τοῖς ἰδίοις μείζοσι μ[υ]στηρίοισιν. 72: τοῖσι

10) De forma quadam in Hal. obvia infra dicemus.

Ἀθην [αίοισι] „ut videtur." 82, 34 ἱερὰ τὰ κοινὰ, ἐν ὅσοισιν ἐ[στι] || ῶνται (Boeckhius mavult ὅσοις ἄν), Rangabéi syll. nr. 114, l. 7: Ἀθηναίοισιν, l. 1: τοῖς ἐπιστάτῃσι et οἷς Ἀντικλῆς propter sequentem vocalem iota litterae omissio excusatur. 294, 7: αὐτοῖσι, at l. 11: α]ὐτοῖς κατὰ, qui titulus attingere videtur Olympiadem 86. Item in titulis, ubi ταμίασι(ν) apparet, fere omnibus brevior forma οἷς occurrit, veluti Rang. 90, 91, l. 3: οἷς Κράτης ἐγραμμάτευε; in eodem titulo 250 ubi ῃσι et αισι, exstat l. 8: τοῖς προτέροις Παν [αθηναίο || ις] ἐτετάχατο, l. 13 [αὐτοῖ || ς] ψήφισμα, l. 31 τοῖ]ς προτέροις Παναθηναίοις ἐτετάχατο, nusquam longior declinationis in *o* forma. A forma οισι Attici omnino maturius descivisse videntur. Ultima enim est ex Ol. 86, 3. Forma dativi ῃσι contra reperitur usque ad Ol. 88, 4 (vid. supra §. 6), longior forma ταμίασιν inde ab Ol. 86, 3 circiter usque ad Ol. 90 (§. 6, ann. 7). Itaque ut rem paucis complectamur: post Euclidem archontem longiores formae in titulis omnino scribi desitae sunt.

Permulta tamen apud iambographos exempla adversantur, in quibus vel ante consonam vel in versus fine brevior dativus traditus est. Quapropter Ahrensius omnia corrigere conatus est [11]). At nescio, an vir doctus longius in hac re progressus sit. Non enim ei assentiri possum, quod Ionicam consuetudinem etiam in tetrametris observatam esse censet, quia non intellego, cur licentiam in aliis quoque rebus conspicuam non in hac formatione a poëtis sumptam esse concedat, ac quia re vera, si summa imis miscere nolis, plenior formà non ubique restitui potest, sed ibi tantum ubi scripturae traditae corrupta species mutationibus auctoritatem adiungit. Itaque defendo:

Arch. tetr. 65: ἓν δ' ἐπίσταμαι μέγα
τὸν κακῶς με δρῶντα δεινοῖς ἀνταμείβεσθαι κακοῖς||.

Quod fragmentum tam bene traditum est, ac tam aptam sententiam praebet, ut quidquam mutare vetemur. Quod

11) Verhandlungen der XIII. Phil. pag. 60 sqq., annot.

enim Ahrensius de *δεινοῖς* et *τὸν* vocibus dicit, quasi non traditae sint, prorsus fallitur [12]. Deinde non necesse est, huc referri Zenobi verba (fr. 118) quibus Ahrensius utitur tanquam testimonio, secundum quod in hoc fragmento epodorum rhythmus restituendus sit. Denique quis negare poterit cum Ahrensi inventa respicit:

ἀλλ' ἕν γ' ἐπίσταμαι μέγα ||
ἐγώ· κακῶς τι δρῶντας ἀνταμείβομαι || *κακοῖσ'.*

hoc modo tolli omne fundamentum, in quo criticus nitatur. Ceterum vix quisquam probaverit illud *ἐγώ*, quod maxime flaccescit, neque verba *κακῶς τι* etc. sine coniunctione eis, quae antecedunt, adiuncta. — Cum res ita sese habeat, non magni momenti est, quod

Arch. tetr. 56, 1 cum quadam probabilitatis specie conici potest, ut Ahrensius fecit: *τοῖσι θεοῖσι τίθετε πάντα* [13].

Neque magis credo a poëtis sine ulla exceptione in trimetris formam longiorem adhibitam esse. Hoc enim certe concedendum est, si poëtae concurrentibus duobus dativis vel declinationis in ā et ŏ, vel huius et alterius, quae in consonam exit, se semper a breviore forma (ante consonam posita) abstinere voluissent, id poësi liberius tractandae summo impedimento futurum fuisse. Quid igitur magis consentaneum est, quam signum plenioris formae, iota, semel omitti? Num poëta propterea peccat in patriam dialectum? Minime vero. Illi iam satisfacit cum in copulatione adiectivi vel articuli cum substantivo iota finale alterutri formae addit. Hoc modo quis dubitare potest, quin color, ut ita dicam, Ionicus servetur? Ceterum haec ratio fortasse ne a cotidianae quidem vitae usu aliena erat. Legimus enim in praestantissimo Hal. l. 10: *τοῖς μνήμ[οσ]ιν.*

---

12) Inspicere mihi licuit Theophylacti editionem, Hamburgi a. 1724 a Chr. Wolfio curatam.

13) Melius tamen sententiae convenire videtur singularis numerus secundum Groti coniecturam *τοῖσι* (*ι* addidi) *θεοῖς τίθει τὰ πάντα.*

Huc referas:

Sol. tr. 37, 3 αὖθις δ' ἃ τοῖσιν ἀτέροις δρᾶσαι (scil. ἥνδανεν). Quo loco, quem Ahrensius silentio praeteriit, sive mecum Hermanni coniecturam χἀτέροις probas, sive alium dativum — hic enim necessarius est — restituis, longior forma ne ponatur, metrum impedit. Fortasse omnino ἁτέροις non attrectandum est, si recte statuitur α ab origine longum fuisse. Itaque nescio an fr. 40 pro ἕτερος restituendum sit ἅτερος.

Hipp. 62 tradita sunt: οἱ δέ μεν ὀδόντες ἐν τοῖσι γνάθοισι πάντες κεκινέαται. Quibus verbis Ahrensius pristinum nitorem reddere studuit proponens: οἱ δέ μεν ὀδόντες || -‿ ἐν τοῖσι γναθμοῖσι πάντες ἐκκεκινέαται ||, ubi non solum in durissima synizesi μεν ὀδ offendimus, sed etiam in primo pede versus sequentis.

Vix enim ibi aptum vocabulum supplere poteris. Accedit, quod in tota coniectura simplicitatem desideramus. Non tamen probaverim Bergki coniecturam Οἱ δέ μεν πάντες || ὀδόντες ἐν τῇσι γνάθοις κεκινέαται || quia incisio media molestissima est. Forsitan scripserit poëta:

οἱ δ' ὀδόντες μεν
ἐν τῇς γνάθοισι πάντες ἐκκεκινέαται

Sim. 7, 5: αὐτὴ δ' ἄλουτος ἀπλύτοις τ' ἐν εἵμασιν
ἐν κοπρίῃσιν ἡμένη πιαίνεται

ἀπλύτοις τ' Valckenaerius et Gaisford. scripserunt, vulgo apud Stobaeum ἀπλύτος τ', A Vind. ἄπλυτος, Trinc. ἄπλουτος. Ahrensius tacite hunc versum ut exemplum elisae formae sic affert: ἀπλύτοις ἐν εἵμασιν, copulam nihil morans, quam deesse vix licet, ἐν-ἡμένη enim cum πιαίνεται artissime coniungenda sunt. Cum tamen τ' particula a recentiore demum librario, postquam ἀπλύτοις in ἀπλύτος corruptum est, ad metrum sanandum inserta videatur, mihi in mentem venit ab origine scriptum fuisse αὐτὴ δ' ἄλουτος κἀπλύτοις ἐν εἵμασιν.

Sim. 7, 74: εἶσιν δι' ἄστεος πᾶσιν ἀνθρώποις γέλως.

Ibi solus Arsen. praebet *ἀστοῖσι*, quod Ahrensius commendat. At cum proxime *ἄστεος* vox antecedat, *ἀστοῖσι* poëta indignum est. Non vereor, ne ullum aptius vocabulum quam *ἀνθρώποις* excogitari possit. Nec qua via *ἀνθρώποις* in locum *ἀστοῖσι* vocis irrepserit, satis intellegitur. Contra quam facile *ἀστοῖσι* propter *ἄστεος* quod antecedit, ex librariorum neglegentia vel somnolentia nasci potuerit, in propatulo est.

Verum his locis mihi aeque atque Ahrensio pleniore dativi forma opus esse videtur:

a) Arch. tr. 23 *ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλῃς* (vulgo *αις*) (qui versus Ahrensium fugit). Cum Aristophanes Ran. 704: *τὴν πόλιν καὶ ταῦτ' ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις* Archilochi verba parodia ludat in tetrametris, licet suspicari etiam illius versum ab origine fuisse tetrametrum, veluti *τῶν φίλων ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλῃς*. Scholiasta sola verba attulit, quae Aristophanes imitatus est, nisi quod obiectum *ψυχὰς* omittere nequibat. Miseros amicos intellegit poëta, qui naufragio perierunt.

b) Sim. 7, 70: *ὅστις τοιούτοις θυμὸν ἀγλαΐζεται* || Stobaeus tradidit; Aelianus contra (Mmavbcr) *τοιοῦτον*. Itaque Jacobsius coniecit *τοιοῦτον ῥυθμὸν* vel *θεσμὸν*, quorum prius mihi probandum videtur. Neque vero cum Ahrensio Aeliani scripturam defendere possum, cuius sententia nimis exquisita sit (conferas interpretationem Germanicam: „wer in solcher Sinnesart prunkt“ i. e. secundum Ahrensium: „wenn nicht ihr Mann ein König ist, der auch in solchem Sinn prunkt wie sein der *ἵππος ἁβρῇ* verglichenes Weib“); ceterum ita potius exspectas *τὸν αὐτὸν θυμόν*.

c) Sim. 20, 1: in libris legitur *θύειν νύμφαις καὶ Μαιάδος τόκῳ*, unde Ahrensius partim Barnesium secutus, qui, id quod Bergkius probavit, coniecerat *Θύουσι Νύμφαις τῷ τε Μ. τ.* ||, bene restituit: *θύουσι Νύμφῃς* (scriptum est *Νύμφῃσ'*?) *ἠδὲ Μ. τ.* || *ἠδὲ* particula etiam Hippocrates utitur.

d) Hipp. tr. 8: *Πάλαι γὰρ αὐτοὺς προςδέχονται χάσκοντες,*
κραδὰς ἔχοντας, ὡς ἔχουσι φαρμακοῖς.

Ubi cum ultima vox sententiae aptae repugnet, placet cum Bergkio scribere φαρμακοί (ς ex prioris versus fine in hoc vocabulum irrepsisse videtur). Ahrensius permire coniecit: ἔχοντες, ὥστε κού τι φαρμακούς.

e) Anan. tr. 3, 1: Εἴ τις καθείρξαι χρυσὸν ἐν δόμοις πολλόν || πολλὸν ex Athenaei VL receptum est. Cum tamen ABP et Stobaei libri πολὺν exhibeant, Ahrensius (et Brinkius) collata Suidae glossa: „χρυσὸς συχνὸς ἤγουν πολύς" mea sententia optime restituit ἐν δόμῳ συχνόν. Utitur etiam Hippocrates hoc adiectivo: cf. EIII 223 κοιλίη ξυνέστη χρόνον οὐ συχνόν. AAL 4 φθίσιές τε γίγνονται συχναὶ ἀπὸ τῶν τοκετῶν. 11: ἔλασσον συχνῷ.

f) Praeterea Hipp. 91*: Ὁ Κιθαιρὼν Λυδίοισιν ἐν χοροῖσι Βακχῶν Bergkius rectissime cum priora verba tum longiorem formam χοροῖσιν reposuisse videtur.

4) Accusativus pluralis declinationis in vocalem ā exeuntis apud Tyrtaeum Dorico more brevem syllabam ας habet 4, 5 δημότας ἄνδρας. 7, 1: δεσπότας οἰμώζοντες.

Quae forma ex antiquiore ανς eiecto ν correptione nata est. In hac quoque re Hesiodus (vid. 2) analogiam nobis praebet, apud quem legimus op. 564 μετὰ τροπὰς ἠελίοιο, theog. 184 πᾶσας etc.

Ex ceteris formis apud Tyrtaeum, cum ante consonam vel in fine versus legantur, nihil colligi potest. Sed tamen poëtam tantum metri necessitati cedentem — δημότᾱς enim et δεσπότᾱς ab hexametro exclusae erant — correptione Laconica usum esse docemur declinatione in ō exeunti, ubi semper ους apparet cf. 4, 3 θεοτιμήτους βασιλῆας. 6: ἀνταπαμειβομένους||; 10, 20; 11, 12: ἐς τ' αὐτοσχεδίην καὶ προμάχους ἰέναι ||; 11, 4. 12. 23.

5) Substantiva et adiectiva vulgo contracta apud Homerum plerumque soluta reperiuntur, semper apud Herodotum ceterosque scriptores Ionicos, sic leguntur Anaxagor. 5. 6 et 7 (saepe) Diogen. 5. Heraclit. 19. 96. Democrit. 13. 59,

apud Ionem 1: πορφύρεος, χρύσεος, ῥόδεος [14]). Ne secundo quidem saeculo a. Chr. n. apud omnes Ionas contractio accepta erat, id quod testantur tituli Olbiani 2067. 2070—2074 ubi χρύσεον exstat (partim pro χρυσοῦν, partim pro χρυσῆν: 2072. 2073), χρυσέοις 2059 init., ἀργυρέῳ pro ἀργυρᾷ 2074, quamvis etiam χρυσῷ habeat 2059 extr., 2071 extr. et ἀργυρᾶν 2069. 2078, εὔνουν 2059, 10. Quin etiam in titulo Assio, qui 2. saeculo post Chr. n. exaratus est, 3069 (Addend.) legitur: [τῶ]ν χαλκέων προςτείμου δηνάρια.

Quibuscum optime consentiunt poëtae elegiaci. Conferas: Tyrt. 11, 32 κυνέῃ κυνέην. 12, 4 Βορέην. Mimn. 11, 4: ῥόος. 11, 6: χρυσέῳ quod per synizesin proferendum est. Sol. 27, 11: νόος. Phocyl. 9, 2: ἐλαφρόνοος. Apud Theognidem νόος circiter quadraginta locis legitur, cf. 88 νόος. 223 νόον. 1052 νόῳ. 1267 (mp.) νόον; 709 κυανέας τε πύλας. 1088 καλλιῤῥόῳ etc. Quibus addas 188 ἀλλ' ἀφνεὸν βούλεται. 559: λῷστά σε μήτε λίην ἀφνεὸν κτεάτεσσι γενέσθαι, ubi synizesis adhibenda est. Ceterum in substantivis in εα et adiectivis in εος vel Dores mediae aetatis pristinam speciem servabant.

Quae cum ita sint, nonnulla, quae contractam exhibent formam, solvere licebit: Mimn. 1, 1 et Theogn. (mp.) 1293 χρυσῆς Ἀφροδίτης, praesertim cum sit imitatio Homerica; porro Theogn. (mp.) 1381 χρυσῆς — Κυπρογενοῦς. Nec toleranda est apud Ionicum poëtam Xenophanem 5, 1 forma κωλῆν, neque apud Archilochum hex. 19, 1 συκῇ. — Etiam Theogn. 641 Οὔ τοί κ' εἰδείης οὔτ' εὔνουν οὔτε τὸν ἐχθρόν, verisimile est cum Bergkio corrigendum esse, nam poëtae in hac versus sede dactylum spondeo praeferre solent.

Restant igitur haec sola contractionis exempla apud elegiacos, qui non Ionicae gentis sunt: Theogn. 1183 νοῦς. Sol. 27, 13 (quamquam hoc carmen vix Solonis est). Theogn. 350. 898 νοῦν. Sed ne haec quidem excusatione carent, namque dixerunt iam Homerus κ 240 νοῦς et He-

14) Apud Hippocratem haud multa exempla obstare videntur.

siodus fr. 222, 2 νοῦν, qui alibi semper huius vocis contractionem vitaverint.

Paucas formas non contractas iambographi exhibent. Arch. tr. 35 ἀθρόην. tetr. 56, 5 νόον. tetr. 78, 4. ep. 89, 6 νόον. 84, 3 ὀστέων. ep. 89, 5 κερδαλέη συνήντετο, ubi synizesis conspicitur (Ammon. et Cram. An. κερδαλῆ, contra Apostol. praef. et Eustath. έη). 183 inc.: μυδάλεον. Sim. 1, 3 νόος ineunte trimetro unam efficiens syllabam. Ex Hipponactis carminibus Hesychius fr. 99 citat Ἀγχαλέη „τόπον ὄνομα." Anan. tetr. 5, 2 καρὶς ἐκ συκέης φύλλον ||.

Contra multo plura exempla contractionem ostendunt. Arch. tr. 29, 2: ῥοδῆς. Sim. 1, 16: πορφυρῆς. 7, 50 γαλῆς. Hipp. 1, 2; 20; 16, 1 (bis); 89: Ἑρμῆ. 32, 2: Ἑρμῆν; 34 συκῆν. 49, 1: Μιμνῆ. (64, 1 Ἀθηνᾶ corruptum est, vid. Bergk.) At ex eis, quae supra exposita sunt ac quoniam νόος apud Simonidem clarissime demonstrat, quam amantes fuerint Iones formarum longiorum, patet contractionem recentiori deberi tempori itaque tollendam esse. Ἑρμῆς tantummodo fortasse non solvendum est; nam huius substantivi origo iam antiquo tempore oblitterata videtur, cum apud Herodotum quoque contractum sit. Comparari potest γῆ. Ut enim γαῖα apud poëtas in usu erat, γῆ (γᾶ) in prosa oratione omnium dialectorum, nusquam γέη, sic Ἑρμείας dixerunt epici, Ἑρμῆς omnes Graeci in vitae cotidianae usu, neque hi neque illi Ἑρμέης (ας).

6) Declinationem, quae vulgo dicitur Attica, neque apud Homerum neque apud Herodotum magno in usu fuisse ex eo apparet, quod ad eius normam tantum fere nomina propria quaedam flectuntur. In appellativis enim nominibus et adiectivis uterque se hac formatione abstinere solet [15].

---

15) Cum Herodotus dixerit κάλος, λαγός, νηός etiam consentaneum est apud eum in usu fuisse formam ληός, praesertim cum saepe legatur in codicibus λαός, ter ληὸς et λήϊτον, ac Cram. An. Ox. I, 265 eam testetur τὸ λαὸς ἄτρεπτον ἔμεινε παρ' Ὁμήρῳ, καίτοι τῇ μετὰ γενε-

Ionum igitur more dicta sunt ab Archilocho 79, 1 *Χαρίλαε.* Ep. 119, 3: *Ἰόλαος,* 75, 2: *ἵλαος γενεῦ,* quocum cf. Theogn. 782, et ab Hipponacte 88 *ληός,* quod apud elegiacos antiquiorem vocalem *α* servare solet: Call. 1, 18. Tyrt. 11, 13; 12, 24. Xen. 2, 15. Theogn. 53. 776. 781 (*λαοφθόρος*), cf. §. 6, 1.

Quibus ex exemplis optime cognoscimus latissime apud iambographos Ionicam patuisse rationem; nam pro *Χαρίλαος* vel Herodotus *Χαρίλεως* dicit. Quam aliena vero fuerit ab illius aetatis Ionibus Atticorum consuetudo nos edocet illud ipsum *ἵλαος.* Certe enim Archilochus adhibuisset *ἵλεως* formam ad evitandam duram *α* vocalis correptionem, si haec formandi ratio in usu fuisset. Idem fere dicendum est de Homero, qui *I* 639 et *T* 178 *α* corripuit, quanquam synizesi usus *ἵλεως* formam ponere poterat. En causae, quibus adductus Arch. tetr. 58, 4 *καρδίης πλέως* || cum Bergkio et Hipp. tr. 36, 1 *λαγὼς καταβρύκων* cum Meinekio corrupta et *πλέος, λαγοὺς* genuina habeo. Accedit, quod etiam apud Atticos antiquiore tempore Ionica consuetudo viguisse videtur, cf. §. 6, pag. 164. et alia vocabula, quae praeter hanc peculiarem formam etiam recentiore tempore alteram, Ionum vel potius omnium Graecorum propriam, habebant.

Ad Hipponactis locum insuper afferri licet Athen. 8, 400 qui *λαγὸς* expressis verbis ab Ionibus recentioribus (Herodotum commemorat) usurpatum esse dicit.

Praeter *λαγὼς* formam etiam in usu erat *λαγωός,* quod testatur schol. Nicand. Alex. 465: *τοῦ θαλασσίου λαγωοῦ, ὅς ἐστιν εἶδος ἰχθύος, καὶ Ἱππῶναξ μνημονεύει* (fr. 123). Conferas Cram. An. Par. IV, 245, 23 *ὥσπερ δὲ ναὸν καὶ*

στέρᾳ Ἰάδι τραπέν (sequitur Hipp. fr. 88). Quod Bredovius p. 138 hanc formam in suspitionem vocare studet, nugae sunt, quas redarguere taedet. Eodem modo non assequor cur ab Herodoto abiudicet adiectiva *ἀξιόχρεος* et *ἵλεος.* Haec quoque cum Abichto credo ab Herodoto ad eandem normam flexa esse.

λαὸν λεγόντων τῶν κοινῶν οἱ Ἀττικοὶ νεὼν καὶ λεὼν φασίν, οὕτω καὶ τὸν λαγὸν λαγὼν φασίν, — τὸ δὲ λαγωὸς Ἰωνικόν ἐστι.

§. 11.

De declinatione altera in consonam exeunti.

In singulis terminationibus praeter ea, quae §. 5 de dativo plurali disputata sunt, neque elegiacorum neque iambographorum dialectus peculiare quidquam praebet. Idem dicendum est de stirpibus in consonam gutturalem, labialem, dentalem, liquidam cadentibus, quae in flexione retineatur.

Singulari vero ratione flectuntur stirpes, quae in fine aut consonam habent, quae elidi soleat, σ, τ, ν, aut molliores vocales ι, υ, aut diphthongos [1]).

Iam singulas stirpes consideremus.

1) Stirpes in ι vocalem desinentes magnam flexurae varietatem prae se ferunt.

Primum enim iota retinent in omnibus casibus. Quae ratio simplicissima in pura Iade, Doride et Aeolide conspirantibus, sola usitata erat. In inscriptionibus quidem pauca tantum vestigia deprehenduntur; sic resedit in Myl. 2691, quamquam l. 5. 10 πόλεως legitur, l. 6: πανηγύ[ρι]ος, 11 πράξιος ex antiquiore lingua, in Thasio 2161: l. 12 λύσιος, quanquam l. 4: πόλεως; saepius nomina propria ad hanc normam flexa occurrunt, conferas: Hal. l. 6: Ὀατάτιος, 11 Λυγδάμιος, Bosporan. 2117 Πόσιος, etc.

Quanquam optimus Teïus 3044, A 31 formam recentiorem vel saltem non antiquitus Ionicam δυνάμει exhibet. Sed tamen prosae orationis scriptores omnes Ionicam illam consuetudinem innumerabilibus confirmant exemplis. Ac

---

1) Quo iure stirpes in ι, υ, et diphthongos exeuntes in consonam exire dici possint, explicavit G. Curtius in libro inscr. „Erläuterungen zu meiner griech. Schulgrammatik“ p. 48.

de usu Herodoti satis constat. Apud Anaxagoram autem exstant: 6 περιχωρήσιος, 10 πόλιας, Diogen. 4. 6 νοήσιος, ἑτεροιώσιες, ἑτεροιώσιος, ἑτεροιωσίων Heraclit. 13 γνώσιος. Democrit. moral. 14 φρονήσι, 17 τέρψιες, 20 τέρψιος, 41 κτήσιος, 58 ξυνέσιος, 88. 105 πρήξιας, 89 πρήξιος, 135 ξυνέσι, 181 πολίων. physic. 1 ἐκλείψιας, perpauca tantum a librariis corrupta sunt. Eodem modo Hippocrates constanter iota praebet: dativus singularis, ut exemplum eligam, circiter triginta locis reperitur, veluti AAL 19 φύσι. 22 Φάσι. VA 10 ἑψήσι. Co. 568 καθάρσι, 578 ὑποστάσι. Itaque confidenter credo etiam apud iambographos nullas alias formas in usu fuisse, unde efficitur, ut in suspitionem vocandae sint formae πόσει Sim. 7, 86, πόλεως Xen. tr. 9 in verbis ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν πόλιν ἐκ πόλεως φέρων ἐβλήστριζον quae omnino tam corrupta sunt, ut de eis restituendis desperemus; ex coniecturis quidem quae adhuc prolatae sunt, nullam probare possum; Bergkius enim βληστριζόμην et Schneidewinus πόληος epicas formas iambis invitis obtrudunt, ceteri autem nimia libidine rem tractarunt. Fortasse ut visum est Meinekio (vid. Bergk.) tota verba aliena habenda sunt a Xenophanis poësi.

Cum his elegiaci Ionicae stirpis prorsus concinunt. Namque quae tradita sunt dativi exempla in ει, unum genetivi in εος exeuntis, spuria censeo, cum etiam ab Homeri more abhorreant. Is enim (secundum Bekkeri recensionem [2]) tantum εος forma pro ιος utitur, ubi synizesi opus est, forma εϊ autem in thesi, cum duplex ι ι abhorreret ab auribus Graece loquentium, ita ut vel in unum iota apud Ionas coalesceret, denique constanter forma εσι pro ισι praeter ιεσσι ex simili, ut videtur, euphoniae [3]) lege.

Neque apud Tyrtaeum et Theognidem nisi paucas eius-

2) Krueger, Gramm. gr. II, §. 18, 5.

3) Ad hanc sententiam confirmandam commemoro Aeolum et Dorum usum, qui antiquo quidem tempore ιεσσι dicebant, recentiore ισι (Dores), nunquam ut videtur ισι.

modi formas agnoscere possum, ubi ε terminationi antecedit. Cum enim apud Dores formae εος etc. recentiore demum tempore (maxime post Alexandrum) in usum venirent, antiquiores Dores constanter stirpis ι servarent, elucet praeter illam rationem, quae Doribus cum Ionibus communis erat, solam Homericam admitti potuisse. Soloni contra quin Atticam consuetudinem concedamus, nihil obstare videtur.

Itaque declinationis schema hoc est:

ις: ὕβρις Arch. ep. 88, 4 etc.

ιος: πόλιος Hipp. tr. 47, 1 [4]). Σίριος Arch. tr. 21, 4. Addas Cramer. An. Par. IV, 185, 30 Λίς, ὁ λέων καὶ λιὸς ἡ γενική, ὡς κίς, κιός, ὁ Ἱππῶναξ („Utrum Hipponax dixerit, non liquet", fr. 124). βάξιος Mimn. 16. ὕβριος 9, 4 et Sol. 4, 8; 13, 11 et Theogn. 40. 1174. πίστιος Theogn. 1244 (mp.) (A πίστεως). πόσιος Theogn. 115. 479. 837. 844. στάσιος 1082. πόλιος Xen. 2, 9. 22 (corr. Schneidewin., vulgo πόλεως).

ῑ: βακκάρι Sim. 16, 2 (C apud Athen., ubi vulgo βακκάρει, ap. Clem. Alex. vulgo βάκκαρι, codd. βάκκαριν vel κάκκαριν). Hipp. tr. 41, 1 (legebatur apud Athen. βακκάρει, sed in C βακκάρι supra scriptum), πόλι Tyrt. 4, 8. 10. Xen. 2, 20. Phoc. 12. Theogn. 52. 287. προφάσι Theogn. 323 πίστι 831 (ubique vulgo ει).

ιν: πόλιν Arch. tr. 46. Tyrt. 10, 3. Mimn. 11, 5 etc.

ῐ: Ἄρτεμι Theogn. 11.

ιες, ις (in arsi): στάσιες τε Theogn. 51 (A, στάσις ἐστί ceteri). πρήξιες 1026. ἴδριες 499. δόσις 444 (vulgo εις).

ισι: λάτρισι Theogn. 302.

ιας: στάσιας Xen. 1, 23.

---

4) Ubi in Strabonis codd. legitur: Ὤικει δ' ὄπισθε τῆς πόλιος ἐν Σμύρνῃ, Meinekius versus decurtati explendi causa ἐν praepositionem bene in ἐνὶ mutavit. Bergkius quam non recte πόληος scripserit, facile intellegitur.

Deinde ex illa flexione, ubi ε pro iota positum recte se habet, exempla exstant: Theogn. 56: τῆς δ' ἐνέμοντο πόλεος ‖ (A, ceteri τήν δ'-πόλιν), ubi εο synizesin efficiunt. πόλευς vulgo scribitur 776 et 1043, sed tamen hoc loco A πόλεως exhibet, ita ut vix dubitari possit ab origine πόλεος scriptum fuisse. Quocirca etiam priore loco contracta forma librariis deberi videtur, quorum auribus synizesis non placuerit. Etenim Homerus in his εο non in syllabam ευ coniunxit. — Sol. 4, 17. 32 πόλει ad Atticam normam flexum. Quae formae natae sunt ex pleniore stirpe πολει, ita ut alterum diphthongi ει elementum in flexione ante sequentem vocalem eiceretur: πόλει-ος, πολεj-ος, πολε-ος; dativus pluralis autem (πόλεσι) ad hanc analogiam formatus est.

Denique apparent formae epicae ex eadem stirpe profectae, nisi quod iota (j) eiecto ε in η productum est. Admodum raro eas adhibitas esse docet haec exemplorum paucitas: Tyrt. 12, 15 πόληϊ. Theogn. 757 πόληος.

2) Non multa dicenda sunt de stirpibus, quae in υ exeunt.

Quantopere Iones etiam in nominibus, quae in casibus oblicuis υ retinent, solutas formas adamaverint, optime testatur Arch. ep. 101 πολλὰς δὲ τυφλὰς ἐγχέλυας ἐδέξω, ubi poëta ne soluta quidem arsi se abstinuit, cum Herodotus in hoc casu semper contractionem admittat [5]).

Homericam consuetudinem, ex qua dativus horum nominum semper contrahitur, observat Theognis 961 ὕδωρ δ' ἀναμίσγεται ἰλυῖ ‖ (Ahrens. et Bergk scr., libri ὕδει).

Substantiva, quae ex auctiore stirpe in ευ casus obliquos υ eliso formant (cf. 1), Ionico more in genetivo singulari terminationem ος adhibent eamque semper seiunctam a stirpis vocali: cf. Sim. 7, 74: εἶσιν δι' ἄστεος πᾶσιν ἀνθρώποις γέλως. — Dativus singularis apud Ionas et plerum-

5) Bredov. p. 271.

que apud Homerum non contrahi solet; cuius rei exemplum exhibet Theognis 848 (κέντρῳ) ὀξέϊ.

Formae adiectivorum, quales sunt ἡδέα Phoc. 11, 2 ὠκέος Mimn. 14, 11. τρηχέα Sol. 4, 35 etc. omnibus dialectis communes sunt.

3) Stirpes in ευ diphthongum desinentes apud Homerum in flexione plerumque ε vocalem υ vel potius digammate eiecto productione suppletoria in η mutant; quem usum etiam elegiaci retinuerunt. Legimus enim:

Tyrt. 5, 1 βασιλῆϊ. Theogn. 285 βασιλῆα. 263 τοκῆες. 821. 1211: τοκῆας. Call. 5: Ἡσιονῆας. Tyrt. 4, 3: βασιλῆας.

Epicos imitatus esse videtur Archilochus tetr. 59, 2: ubi χίλιοι φονῆες ἐσμέν, metro firmatur. Sed tamen melius existimabis Archilochum ex Iadis specie quadam hausisse; nam legitur haec flexura etiam in inscriptionibus Ionicis C. I. II, 2247 in Prienensi Τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πριηνῆϊ μ' ἀνέθηκεν, quae collocanda est intra Ol. 112—115 et Halicarn. 2655 b) „Διὸς Πλουτῆος". Accedit, quod etiam in vetustiore Atthide has formas in usu fuisse testis est οἰκῆος Lys. X, 19 in lege [6]. Neque magis Lesbii se eis abstinuerunt. Rectius igitur, si quid video, iudicandum erit, has formas in tota antiquiore lingua viguisse, atque ex his eas, quae secuntur, correptione natas esse.

Multo enim frequentius Iones in casibus obliquis tantum ε praebent; cuius formationis exempla iam Homerus quidem offert, sed tantum in nominibus propriis. Quem usum praeter Herodotum [7]) etiam tituli confirmant: Amorginus 2263 c (Addend.) τὸ πλοῖον τὸ Δωριέος, qui est ex tertii fine vel initio saeculi secundi a. Chr. n. (ubique fere iam vulgares formas habet, veluti dativos in αις etc.), Sarmat. 2076: Ἀχιλλέος. Itaque recte a Bergkio Hipp. tetr. 79 ex cod. E apud Suid. in lemmate Βίαντος Πριηνέως δίκη restitutum est Βίαντος τοῦ Πριηνέος κρέσσων, quan-

6) Krueger. II, §. 18, 4, 8.
7) Struve, quaest. de dial. Her spec. II (opuscul. II, p. 323 sqq.).

quam Strabo, Diog. Laert., Eudoc., Suid. v. δικάζεσθαι vulgarem formam tradunt atque Arch. ep. 97, 2 Πριηνέος pro vulgata forma ab Eustathio exhibita.

His annumerandus est vs. Theogn. 23; ubi vulgaris forma τοῦ Μεγαρέως reperitur, quae ex pleniore syllabarum quantitate mutata nata est. Attamen vix recte sese habet, nam etiam ex Doriensibus hanc formam tantum Rhodii eorumque vicini usurpasse videntur [8]). Itaque corrigas Μεγαρέος.

Genetivus pluralis legitur: Theogn. 1330 (mp.) ἀλλὰ γονέων | λίσσομαι ἡμετέρων || (Ahr. coni. γόνων λ. ἠδὲ χερῶν), ubi εω synizesin efficiunt aeque atque εο loco priore.

Hipp. tr. 42, 3 Αἰνειῶν forma contracta excusationem habet (vid. §. 8, 3, d) neque opus est, eam cum Schneidewino mutare in Αἰνειέων [9]).

4) Stirpes femininorum in ο, antiquitus in ο-ι, οϜι exeuntes [10]), in vetustiore et recentiore Iade ut apud Aeoles quoque et plerosque Doriensium cum terminatione contractionem inire solent. Cui legi respondet: Λητοῦς Theogn. 1.

Peculiaris autem Ionismus recentior est accusativus nominum propriorum in ουν exiens, quod natum est ex οϜιν, Ϝι in υ mutato. Multas eiusmodi formas exhibet Herodotus; etiam in titulis Smyrnaeis apparent: nr. 3223 Ἀρτεμοῦν, 3228 Δημοῦν, 3241 Μητροῦν. Ex iambographis Hipponax hex. 87 praebet: Κυψοῦν. Cf. Hort. Adonid. p. 268 B: οἱ δὲ Ἴωνες αὐτὴν εἰς ουν ἐποίουν, Σαπφοῦν καὶ Λητοῦν ... ὁμοίως καὶ παρὰ Ἱππώνακτι· πῶς παρὰ Κυψοῦν ἦλθε.

5) De stirpibus, quarum σ finale in flexione eliditur, tripartita erit disputatio, prout sigmati ε aut α aut ο antecedit.

---

8) Ahr. II, p. 237. 570.
9) Beiträge p. 111.
10) Curtius, Erläuterungen p. 50 sq.

Primum ergo in stirpibus in *ες* exeuntibus [11]) utrique poëtae, Ionici potissimum, semper fere, ubicunque fieri potest, contractionem neglegere solent. Qua in re faciunt cum Homero, qui plerumque, cum Herodoto, Hippocrate [12]), ceteris scriptoribus Ionicis [13]), qui semper pristinam formam offerunt, et item cum optimis titulis: Te. 3044. A 38 *ἀφανέας* (*τὰς στήλας*), Olynth. l. 2: *ἔτεα*, l. 8 et 9: *τέλεα*. Trall. 2919, 11 contra: *ἐξώλη εἶναι*. De *εο* in *ευ* contracto supra §. 8, 1 a) diximus.

Saepe poëtae elegiaci ne poterant quidem contracta forma uti: Tyrt. 12, 21. Mimn. 14, 8. Sol. 4, 21 *δυσμενέων*. Mimn. 7, 3 *δυσηλεγέων*. Theogn. 870 *χαμαιγενέων*. 1141 *εὐσεβέων*. 406 *εὐμαρέως*. — Tyrt. 12, 35 *τανηλεγέος*. Xen. 3, 1 *ἀνωφελέας*. Theogn. 184 *εὐγενέας*. Accedunt: Arch. el. 4, 3: *ξιφέων*. Tyrt. 11, 34: *ξίφεος*. Quibus ex exemplis nihil discimus.

Contra maioris momenti sunt loci, ubi pristina forma in tertia thesi pentametri sive initio alterius hemistichi metro postulante posita est: Sol. 4, 8. 21, 2: *ἄλγεα*. 4, 36 *ἄνθεα*. Theogn. 388 *αἴσχεα*, 1252 (mp.) *ἄλσεα*. — Xenoph. 1, 6 *ἄνθεος*. Melius cernitur elegiacorum consuetudo eis locis, quibus stirpis ultima vocalis in thesi collocata est nulla re cogente: Tyrt. 5, 8 *ὀρέων*. 11, 28 *βελέων*. Mimn. 12, 11 *ὀχέων*. Sol. 13, 24 *νεφέων*. Theogn. 755. 1334 (mp.) *ἐπέων*. 1292 (mp.) *ὀρέων*. 46 *κράτεος*.

Hoc etiam magis valet in ampla exemplorum copia, ubi vocalis stirpis ultima et terminationis in thesi colliduntur:

---

11) Substantivis et adiectivis, quae huc spectant, addidi adverbia adiectivorum in *ης*, quae terminationem *ως* habent.

12) Ita sescenties invenies formas in *εϊ*, *εα*, *εας* exeuntes.

13) Locos hic habes in unum conspectum redactos: Hecat. 172 *οὔρεα*. 332 *ἀληθέα*. Ctes. 21 *ἐτέων*, *Ἡρακλέα*. Anaxagor. 1 *πλήθεϊ*, *μεγάθεϊ*. Diog. 4 *ἐμφανέως*. 6 *ἀτρεκέως*. Meliss. 17 *εἴδεα*. Heraclit. 1 *ἐπέων*. 13 *Ξενοφανέα*. 96 *τὰ ἀφανέα*. Democrit. moral. 13 *ἀνωφελέα*. 18 *διαπρεπέα*. 36 *αὐταρκέα*. 58 *ἀσφαλέα*. 20 *εὐσταθέες*. 152 *ξυγγενέες*. 226 *εὐφυέες*.

In 1. thesi: Arch. el. 9, 1 κήδεα. Call. 4 Τρήρεας [14]. Sol. 13, 74 et Theogn. 50 κέρδεα. 970 ἤθεα. — 881 οὔρεος.
In 2. thesi: Theogn. 713 ψεύδεα.

In 4. thesi: Xen. 3, 3 παναλουργέα (neutr.) Theogn. 835 κέρδεα. — 133 κέρδεος. 811 ἀεικέος.

In 5. thesi: Tyrt. 11, 29 ἔγχεϊ μακρῷ. Theogn. 7 τροχοειδεϊ λίμνῃ. 175: βαθυκήτεα πόντον. 199 φιλοκέρδεϊ θυμῷ. 1125 νηλεϊ θυμῷ. 1209: πόλιν δ' εὐτείχεα Θήβην. 1277 (mp.) περικαλλέα νῆσον. 1189: ἄλγεα πέμποι.

Deinde commemoratu dignum est Xen. III, 3 παναλουργέα φάρε' ἔχοντας et Theogn. 222 δήνε' ἔχειν propter α elisum. Quae formae luce clarius indicant apud poëtas Ionicos et Theognidem solam solutionem in usu fuisse.

Denique eiusdem rei testimonio sunt maxime loci, ubi forma non contracta per synizesin pronuntianda est:

Arch. el. 12, 1: μέλεα ‖. Mimn. 1, 4: ἄνθεα | γίγνεται- ‖. Sol. 1, 2 ἐπέων. Theogn. 46 κερδέων (A, κέρδεων K, ceteri κερδῶν). 951 τειχέων. 1164 στηθέων (A Stob., ceteri στηθῶν). 963 ἄνδρα σαφηνέως (Floril. Monac., libri σαφηνῶς, Stob. ἀνδρὸς ἀφανέως [B ἄνδρα σαφανέως, Trinc. ἄνδρας ἀφανέως]).

Ex elegiacis poëtis contractionem admiserunt tantummodo fere, qui alius atque Ionicae gentis sunt:

Non abhorret ab epica dialecto dativus singularis contractus Theogn. 1134 ζητῶμεν δ' ἕλκει | φάρμακα in arsi. Etiam syllaba ει in prima thesi non diducta: Theogn. 699: πλήθει, in carminibus Homericis legitur [15], ubi poëta versui gravitatem quandam tribuere vult. Ceterum conferas verba in εω.

Haud pauca tamen quae in libris exhibentur ab Homeri consuetudine aliena sunt.

---

14) Nisi forte pertinet ad alterius pentametri hemistichi initium.
15) Bekker, Homer. Blätter, IX, p. 138 sqq.

Quoniam enim ille nunquam fere contraxit ε cum α vocali terminationis [16]), haec poëtae secundum suorum popularium linguam dixisse videntur:

Sol. 20, 4: Ὀγδωκονταέτη | , 27, 14 ἔτη ‖. 19, 4 ἀσκηθῆ πέμποι | acc. sing.

Theogn. 830 εὐώδη | χῶρον. 1180 ἀσεβῆ ‖ neutr. 1200 εὐανθεῖς | ἄλλοι ἔχουσιν ἀγρούς ‖. Tyrt. 4, 5: πρεσβυγενεῖς τε γέροντας (Diodor. Sic., πρεσβύτας Plutarch.). Quibus locis ad evitandam contractionem poëtis synizesin adhibere licebat. Atqui certe hac ratione usi sunt Tyrtaeus et Theognis, non modo cum flagitetur ceterarum formarum gravissima analogia, verum etiam cum in antiquiore Doride vel mediae aetatis contractae formae nondum in usu essent [17]). Ceterum Tyrtaei loco etiam alia de causa πρεσβυγενέας restituendum est. Cum enim in ipsis verbis quae Plutarchus a regibus addita dicit, legatur αἰ δὲ σκολιὰν ὁ δᾶμος ἕλοιτο, τοὺς πρεσβυγενέας καὶ ἀρχαγέτας ἀπνστατῆρας εἶμεν, conveniebat Tyrtaeum eadem forma uti. Cf. Plut. an seni sit ger. resp. c. 10 τὴν ἐν Λακεδαίμονι ἀριστοκρατίαν ὁ Πύθιος πρεσβυγενέας, ὁ δὲ Λυκοῦργος γέροντας ὠνόμασεν. Accedit, quod Plutarchi libri πρεσβύτας habent.

Summo iure emendabis etiam synizesi adhibita: Theogn. (mp.) 1235 ἀπειθῆ ‖ μῦθον. 1366 ἔπη ‖. 1321 ἐπῶν. Mimn. 6, 2 ἑξηκονταέτη | μοῖρα κίχοι θανάτου. ‖

Postremo fortasse attrectandi sunt Solonis loci, praecipue 20, 4 ὀγδωκονταέτη, cum sit imitatio Mimnermi 6.

His absolutis ad iambographos transitum faciamus. Forma non contracta in synizesi posita est:

Arch. ep. 103, 3: στηθέων. tetr. 58, 4. 66, 4: ἀσφαλέως. inc. 138: ἶνας δὲ μεδέων ἀπέθρισεν. Sim. 1, 8 ἐτέων. 3, 2: ἔτεα. ‖

16) Krueger II, §. 18, 2, 1.

17) Cf. quae §. 8, 3 disputavimus et Ahr. II, 233 sqq.

Deinde vel formae reperiuntur, in quibus duae syllabae breves in unam longam coniunctae sunt, quarum prior ictu afficitur:

Sim. 7, 78 δήνεα in 1. arsi, 7, 102: δυσμενέα θεόν ‖. — Addi potest Hipp. tr. 11: Ὡς οἱ μὲν ἀγέϊ Βουπάλῳ κατηρῶντο, sic Bergkius recte Fixio auctore scripsit, vulgo ἀγεῖ, quod metro adversatur (Tzetz. priore loco Vit. 2, 3 ἀγοί, altero loco A ἀγεῖ).

Praeterea diducta forma legitur: Arch. ep. 115 καὶ βήσσας ὀρέων. Sol. tr. 36, 11: δουλίην ἀεικέα ‖ [18]).

Iam relicuum est, ut paucis disseramus de nominibus propriis in κλεης, quae cum κλέος (κλεϝες, κλεες) composita sunt. Haec apud Homerum duo εε, vocativo tantum, ut videtur, excepto contrahunt [19]); secundum recentiorem Ionismum vero nunquam non soluta relinquuntur, ita tamen, ut in casibus obliquis, ubi alterum ε inter duas vocales positum est, aeque atque apud Dores unum ε elidatur. Sic legimus in Smyrnaeo 3256 Ξεῖνε, σὺ δ' ἀείσας Δημοκλέος υἱέα χαίρειν‖, C. I. I in titulo peregrinorum, qui Athenis positus est 900: Ἡρόδοτος Μενεκλέος Σολιεύς. in Milleri Thasiis: 8: Ἀγασικλέος, 13 Ὑψοκλέος (contra 15: Παντακλείους, 16 Εὐθυκλείους, 9: Ἐρατοκλῆς etc.). Nominativi non contracta forma resedit ex vetere dialecto in Thasio 2161, ubi exstat Τιμοκλέ[ης] (l. 1 vero Ἀριστοκλέους). Conferas etiam Smyrn. 3256: Δημοκλέην. Penuriae formarum in inscriptionibus Ionicis obviarum succurrant tituli Attici. Vid. §. 8, 3. In specie tamen quadam Iadis ε etiam in nominativo elisum esse videtur. Exhibent enim tituli Milesii, Kirchh. Stud. p. 24, c Τερψικλῆς, d l.

18) Arch. tetr. 66, 2 haec corrupta: ἐνάδευ, δυσμενῶν Bergk. correxit ἀνὰ δ' ἔχευ μένων.

Arch. ep. 113 ἐναγεῖ nimis incerta Bergki coniectura est.

Sim. 7, 20, ubi legitur ἐμπεδῶς, iam ἔμπεδος quod A exhibet, indicare videtur ἐμπέδως legendum esse.

19) Krueger. II, §. 18, 2, 8.

3 *Πασικλῆς*. Qui cum ex Ol. 60 sint, ubi de contractione nondum cogitari licet, persuasum mihi est ibi in syllabis ultimis *κλῆς* acutum ponendum esse, non cum Kirchhoffio circumflexum.

Homericam consuetudinem sequitur:

Tyrt. 11, 1 in *Ἡρακλῆος* et Theogn. 923 in *Οὕτω, Δημόκλεις*). Nominativus non contractus est Phoc. 1, 2: *καὶ Προκλέης Λέριος* (cf. Demodoci fr. 1, 2).

Eodem loco legitur (Dem. 1, 2 *πάντες πλὴν Προκλέους*, quam formam errori librariorum tribuendam esse ac mutandam in *Προκλέος* intellegitur.

Apud Arch. el. 9, 1 recte traditum est *Περίκλεες* (ante caesuram bucolicam, et hymn. 119: *Ἡράκλεες*.

Eadem, quae in his stirpibus observari solet ratio, dominatur in stirpibus, quae in *ας* exeunt. Forma soluta *γήραος* legitur Arch. ep. 116. Mimn. 2, 6. Theogn. 527 (Mimn.) Contracta *γήρως* Theogn. 174 analogiam habet in Homerica *κρειῶν* (cf. *σέλαι, δέπαι*).

Contra feminina (duo), quorum stirps desinit in *ος* vel ab epicis et Ionibus nunquam non contrahuntur. Itaque non offendes in *αἰδοῦς* Tyrt. 12, 40. Theogn. 253. 410. — 1266 (mp.).

6) Stirpes quae in *τ*, quod dicitur mobile, exeunt, hoc in casibus obliquis apud Ionas recentiores ut in tota antiquiore lingua et plerumque apud Homerum eicere solent, vel potius [20]) duarum stirpium, alterius in *τ*, alterius in *σ* exeuntium, illi haec praefertur.

Huc pertinent: Arch. ep. 100. Theogn. 217. Tyrt. 10, 27 *χρόα*. Theogn. 1341 (mp.) *ἁπαλόχροος*. — Sim. 24, 1 et Theogn. 293: *κρέα*, ubi propter nimium vocalium concursum unum *ε* elisum est. Cf. praeter locos Herodoteos: Hippocrat. AAL 25.

7) Similiter comparativi, *ιον* suffixo formati, et nonnulla substantiva, quae *ν* finale in casibus quibusdam vulgo

---

20) Curt., Erläuterungen 63.

eicere dicuntur, proprie ad stirpes in σ et ν exeuntes referenda sunt [21]). Ex suffixo enim antiquiore comparativorum (îjans) ιους (cf. ἡδ-ιονσ-α) breviores formae ita natae sunt, ut primum ν eiceretur (ἡδ-ιοσ-α, suav-ior(s)-em), deinde σ (ἡδ-ιο α), denique duae vocales collisae coalescerent in unam syllabam (ἡδ-ιω); in formis plenioribus ἡδίονα etc. e contrario σ eiectum est. Utraque formatio recentiori Iadi cum vetustiore Atthide et Doride communis est. Itaque praeter κρέσσονες Theogn. 618. 996, κυκεῶνα Hipp. tr. 43, 4 invenimus Xen. 3, 4 μείους. Theogn. 409. 1161 θησαυρὸν ἀμείνω. 907: πλείω χρόνον. 1111 κακίους. Arch. el. 6, 4 κακίω (scil. ἀσπίδα).

§. 12.

De nominibus anomalis.

A) Antequam ad nomina re vera anomala transeamus, dicendum est de nonnullis vocibus, quarum in stirpe vel terminationibus inter diversas dialectos leve intercedit discrimen. Sunt autem haec:

ἄναξ. Inde ab Homero in lingua poëtica ubicunque deus aliquis invocatur, vocativus ἄνα in usu est, qui invenitur Theogn. 1 ὦ ἄνα, Λητοῦς υἱέ.

ἀνήρ. Formarum ex stirpe ἀνερ deductarum, quae poëtarum propriae sunt, tres tantummodo inveniuntur: in fr. Cleobulino 1: ἀνέρι, Phoc. 15, 2 ἀνέρας. Xen. 6, 4: ἀνέρος, quanquam haec vox saepissime usurpatur. Quae formae prorsus alienae sunt ab iambographis, qui cum Iade recentiore aliisque dialectis in stirpe, ε eiecto, δ consonam ante ρ liquidam posuerunt. Cf. ἀνδρός Sim. 7, 110. ἀνδρί Sim. 7, 22. ἄνδρα Arch. inc. 124. ἀνδρῶν Hipp. tr. 45, 2. ἀνδράσιν Arch. tetr. 64. ἄνδρας Hipp. tr. 21 etc.

ναῦς semper fere sequitur epicam vel Ionicam declinationem. Leguntur enim Arch. el. 5, 1: νηός, quae est sola

21) Curt., Erläuterungen 63 sq.

epica forma, Mimn. 9, 2. Sol. 13, 44: νηυσίν. 19, 3: νηΐ. Theognis tamen, quamvis plurimis locis acceperit epicam flectendi rationem, tamen etiam Dorica usus est vs. 680 in ναῦν forma (vid. §. 6).

B) Ex nominibus anomalis, quae non ad unam eandemque stirpem referri possunt, inveni quae secuntur:

Ἀΐδης. Praeter formas secundum stirpem auctiorem Ἀΐδα flexas: Ἀΐδαο Theogn. 244. 427. 906. Ἀΐδεω Sol. 24, 8. Theogn. 703 etc. invenitur etiam genetivus Ἄϊδος a stirpe breviore Ἀϊδ derivandus, qui ex epica lingua sumptus est, id quod vel magis confirmatur formula, in qua comparet:

κατέβη δόμον Ἄϊδος εἴσω ‖. Λ 457: — κατίμεν δόμον Ἄϊδος εἴσω ‖, ut alia omittam.

ἀλκή. Pro vulgari dativo ἀλκῇ invenitur Theogn. 949 forma epicae linguae propria ἀλκὶ a stirpe ἀλκ descendens. Ceterum haec quoque legitur in formula epica:

Νεβρὸν ὑπὲξ ἐλάφοιο λέων ὣς ἀλκὶ πεποιθὼς ‖ ποσσὶ καταμάρψας. Conferas maxime Ε 299.

Ἄρης. A stirpe Ἀρες deducendae sunt hae formae Atticae et Ionicae dialectis cum Dorica communes: Tyrt. embat. 16, 1: Ἄρεος (Hephaest. DE, vulgo Ἄρεως). Sim. 1, 13 Ἄρεϊ δεδμημένους ‖ (Brunck. et Bergk. Ἄρει). Pisandri fr. 4: ὀξὺν Ἄρη συνάγων. Deinde ex epica dialecto Tyrtaeus 11, 7 Ἄρηος genetivum recepit (est necessaria Toupi coniectura pro ὡς Ἄρεως), qui ad stirpem Ἄρεν referendus est, quam Aeoles ad omnes casus adhibuerunt. Denique tertia stirps Ἄρα comparet in forma Ἄρεω Arch. tr. 48 nusquam alibi reperta. Ἄρη Ahrensius Alcaeo restituit. Haec formatio, ex qua in aliis dialectis maxime accusativus frequentatur, nata esse videtur ex similitudine nominativi stirpis in σ exeuntis cum nominativo masculinorum prioris declinationis.

Similiter:

Λεπτίνης nominis genetivus ab Archilocho tetr. 70, 1

dicitur *Λεπτίνεω*, quanquam vulgo loco stirpium in *σ* exeuntium habetur, ac

Κυπρογενής, quod in genetivo *Κυπρογενοῦς* (*εῦς*), quem saepe legimus, cf. Sol. el. 26, 1. Theogn. 1308 (mp.), alteram sequitur declinationem, Theogn. 1323 (mp.) vocativum offert *Κυπρογένη* ex stirpe *Κυπρογενα* formatum. Quam singularem formam Bergkius bene tuetur *Ἰφιγένη* voce. Comparentur Latinorum adiectiva composita, quorum altera pars est genus, veluti privignus privigna, alia.

Εὐρυμεδοντιάδης nomen contra, ut haud raro apud Ionas nomina propria in *ης*, in accusativo singulari flexum est ad analogiam stirpium in *σ* exeuntium: Hipp. hex. 85, 1: *Μοῦσά μοι Εὐρυμεδοντιάδεα, τὴν παντοχάρυβδιν* || — *ἔννεφ'*.

δόρυ vocis duplex est flexura. Leguntur enim cum breviores formae, quae purae stirpi terminationes addunt et poëtarum maxime propriae sunt: Arch. el. 3, 1. 2 *δορί* (ter). Tyrt. 11, 20 *δουρός*, cum longiores quae stirpem *ατ* suffixo augent, *δορυατ*, *δουρατ*: Tyrt. 11, 37 *δούρασι*.

ἔρως. Cuius simplicior stirps conspicua est in *ἔρος* Theogn. 1322 (mp.) et *ἱμερτῶν ἔργων ἐξ ἔρον ἱέμενον*|| Theogn. 1064 (Mimn.), quo cum loco conferas *αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο* quae formula apud Homerum 19 locis legitur, veluti *Α* 469 etc., praeterea *Ω* 227 *ἐπὴν γόου ἐξ ἔρον εἵην*, et hymn. in Apoll. Pyth. II, 321. Plenior et usitatior stirps *ἐρωτ* legitur Arch. ep. 103: *φιλότητος ἔρως*.

Ζεύς tres nobis demonstrat stirpes. Quarum prima est *ΔιF* Sanscrit. div [1]), quam Iones et Attici in casibus oblicuis adhibent: Sim. 7, 94. Sol. 4, 1. Theogn. 1. 11. 15: *Διός*; addas Theogn. 197 *Διόθεν*· altera *Ζευ* (*Διευ*, Sct. djau), quae ex priore, vocali aucta, nascitur atque in nominativo et vocativo apparet: *Ζεύς* Sim. 7, 93. Mimn. 2, 16. Theogn. 337 etc. *Ζεῦ*: Arch. ep. 88, 1. Theogn. 731 etc.

1) Grundz. 543 sq.

denique elegiaci Homeri aliorumque poëtarum more in casibus oblicuis usurparunt stirpem *Ζην*: Sol. 13, 1. 25 *Ζηνός*. Theogn. 285 *Ζῆν'* (accusat.), quae ex altera *υ* (u) abiecto (adhibetur haec forma, *Ζη*, djâ, in dialectis quibusdam) et *ν* addito nata est.

θέμις: Theogn. 688 ad stirpem *θεμι* referendum est. Quod contra legitur Theogn. 1141 *θέμιστας* stirpem habet *θεμιστ*, quae ex *θεμιστι* decurtata videtur [2]).

κάρη. Tyrt. 10, 23 in *ἤδη λευκὸν ἔχοντα κάρη πολιόν τε γένειον* ‖ formula epica (cf. *X* 74: *ἀλλ' ὅτε δὴ πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον* ‖, *Ω* 516: *οἰκτείρων πολιόν τε κ. π. τ. γ.* ‖) spectatur plenior stirps *καρητ*, quae nata est ex breviore *καρα* addito suffixo *ατ* (cf. *καρααι*, *κρα-ατ* et *καρηατ*). Simplicior illa stirps, quae apud recentiores demum poëtas magis in usum venit, supposita est formae *κάρη* a Theognide vs. 1024 primo, ut videtur in poësin receptae.

μάρτυς, nominativus a stirpe *μαρτυ* derivandus exstat: Theogn. 1226. Altera stirps *μαρτυρ* apparet Hipp. tr. 51, 1: in *μάρτυρσιν*. Hanc formam, pro qua Tzetza Lycophr. tradidit *μάρτυσιν*, Bergkius recte restituit ex Eust. Il. 114, 20 (Favorin. 429): *πληθυντικὸν δὲ μάρτυρες παρά τε τοῖς κωμικοῖς καὶ Ἱππώνακτι*. Adamabant enim Iones et veteres Attici *ρσ* consonarum coniunctionem, cf. Arch. tr. 29, 1: *μυρσίνης* Sim. 38 *ταρσία*. Arch. tetr. 55 *θάρσυνε* (vulgo *θαρρῦναι*). Addas Arch. 34 *παλινσκίῳ*.

τάλας. Singularem huius vocis flexionem nobis tradidit ex Hipponacte (fr. 12): Choerobosc. Epim. I, 280 (Bekk. An. III, 1422): „*Ὅτι δὲ καὶ τοῦ τάλας τάλαντος ἦν ἡ γενική, δηλοῖ ὁ Ἱππῶναξ εἰπών. Τί τῷ ταλάντι Βουπάλῳ συνῴκησας;*" dictum est, tanquam participium aoristi esset [3]).

---

2) Grundz. 470.

3) *νήφων* apud Theognidem 481 et 627 in dativo *νήφοσιν* non pro participio, sed pro adiectivo (cf. *ἄφρων*, *ἴδμων* etc.) habendum esse, iam recte intellexit Schaeferus.

τρεῖς numerale legitur Anan. tr. 3, 2 (est accusativus). Praeterea tamen forma dativi superstes est: Hipp. tr. 51, 1 *σὺν τριοῖσι μάρτυρσιν*, ubi antiquiorem stirpem *τρι* (cf. *τρί-α*) in fine *ο* vocali auctam videmus. Etiam in dialecto Delphica *τρεῖς*, aeque ac multae aliae stirpes in consonam exeuntes, dativum format ad normam prioris declinationis (*τρίοις*), ceteris casibus constanter alteram declinationem sequentibus [4].

Τρῆρες. De hac voce Steph. Byz. dicit: *Τρῆρες Θρᾴκιον ἔθνος, λέγεται καὶ τρισυλλάβως παρὰ Καλλίνῳ τῷ ποιητῇ. „Τρήρεας ἄνδρας ἄγων"* (fr. 4), quo in frustulo stirps *Τρῆρες* in *σ* exiens conspicua est.

4) Curtius „über die sprachliche Ausbeute der neu entdeckten delphischen Inschriften", Berichte der königl. sächs. Gesellsch. der Wissensch. 1864, pag. 223.

(Schluss im nächsten Heft.)

MISCELLEN.

VOM HERAUSGEBER.

3 Πασικλῆς. Qui cum ex Ol. 60 sint, ubi de contractione nondum cogitari licet, persuasum mihi est ibi in syllabis ultimis κλης acutum ponendum esse, non cum Kirchhoffio circumflexum.

Homericam consuetudinem sequitur:

Tyrt. 11, 1 in Ἡρακλῆος et Theogn. 923 in Οὕτω, Δημόκλεις ||. Nominativus non contractus est Phoc. 1, 2: καὶ Προκλέης Λέριος (cf. Demodoci fr. 1, 2).

Eodem loco legitur (Dem. 1, 2) πάντες πλὴν Προκλέους, quam formam errori librariorum tribuendam esse ac mutandam in Προκλέος intellegitur.

Apud Arch. el. 9, 1 recte traditum est Περίκλεες (ante caesuram bucolicam) et hymn. 119: Ἡράκλεες.

Eadem, quae in his stirpibus observari solet ratio, dominatur in stirpibus, quae in ας exeunt. Forma soluta γήραος legitur Arch. ep. 116. Mimn. 2, 6. Theogn. 527 (Mimn.) Contracta γήρως Theogn. 174 analogiam habet in Homerica κρειῶν (cf. σέλαι, δέπαι).

Contra feminina (duo), quorum stirps desinit in ος vel ab epicis et Ionibus nunquam non contrahuntur. Itaque non offendes in αἰδοῦς Tyrt. 12, 40. Theogn. 253. 410. — 1266 (mp.).

6) Stirpes quae in τ, quod dicitur mobile, exeunt, hoc in casibus obliquis apud Ionas recentiores ut in tota antiquiore lingua et plerumque apud Homerum eicere solent, vel potius [20]) duarum stirpium, alterius in τ, alterius in σ exeuntium, illi haec praefertur.

Huc pertinent: Arch. ep. 100. Theogn. 217. Tyrt. 10, 27 χρόα. Theogn. 1341 (mp.) ἁπαλόχροος. — Sim. 24, 1 et Theogn. 293: κρέα, ubi propter nimium vocalium concursum unum ε elisum est. Cf. praeter locos Herodoteos: Hippocrat. AAL 25.

7) Similiter comparativi, ιον suffixo formati, et nonnulla substantiva, quae ν finale in casibus quibusdam vulgo

20) Curt., Erläuterungen 63.

eicere dicuntur, proprie ad stirpes in σ et ν exeuntes referenda sunt [21]). Ex suffixo enim antiquiore comparativorum (îjans) ιους (cf. ἡδ-ιονσ-α) breviores formae ita natae sunt, ut primum ν eiceretur (ἡδ-ιοσ-α, suav-ior(s)-em), deinde σ (ἡδ-ιο α), denique duae vocales collisae coalescerent in unam syllabam (ἡδ-ιω); in formis plenioribus ἡδίονα etc. e contrario σ eiectum est. Utraque formatio recentiori Iadi cum vetustiore Atthide et Doride communis est. Itaque praeter κρέσσονες Theogn. 618. 996, κυκεῶνα Hipp. tr. 43, 4 invenimus Xen. 3, 4 μείους. Theogn. 409. 1161 θησαυρὸν ἀμείνω. 907: πλείω χρόνον. 1111 κακίους. Arch. el. 6, 4 κακίω (scil. ἀσπίδα).

§. 12.

De nominibus anomalis.

A) Antequam ad nomina re vera anomala transeamus, dicendum est de nonnullis vocibus, quarum in stirpe vel terminationibus inter diversas dialectos leve intercedit discrimen. Sunt autem haec:

ἄναξ. Inde ab Homero in lingua poëtica ubicunque deus aliquis invocatur, vocativus ἄνα in usu est, qui invenitur Theogn. 1 ὦ ἄνα, Λητοῦς υἱέ.

ἀνήρ. Formarum ex stirpe ἀνερ deductarum, quae poëtarum propriae sunt, tres tantummodo inveniuntur: in fr. Cleobulino 1: ἀνέρι, Phoc. 15, 2 ἀνέρας. Xen. 6, 4: ἀνέρος, quanquam haec vox saepissime usurpatur. Quae formae prorsus alienae sunt ab iambographis, qui cum Iade recentiore aliisque dialectis in stirpe, ε eiecto, δ consonam ante ρ liquidam posuerunt. Cf. ἀνδρός Sim. 7, 110. ἀνδρί Sim. 7, 22. ἄνδρα Arch. inc. 124. ἀνδρῶν Hipp. tr. 45, 2. ἀνδράσιν Arch. tetr. 64. ἄνδρας Hipp. tr. 21 etc.

ναῦς semper fere sequitur epicam vel Ionicam declinationem. Leguntur enim Arch. el. 5, 1: νηός, quae est sola

21) Curt., Erläuterungen 63 sq.

epica forma, Mimn. 9, 2. Sol. 13, 44: νηυσίν. 19, 3: νηΐ. Theognis tamen, quamvis plurimis locis acceperit epicam flectendi rationem, tamen etiam Dorica usus est vs. 680 in ναῦν forma (vid. §. 6).

B) Ex nominibus anomalis, quae non ad unam eandemque stirpem referri possunt, inveni quae secuntur:

Ἀΐδης. Praeter formas secundum stirpem auctiorem Ἀΐδα flexas: Ἀΐδαο Theogn. 244. 427. 906. Ἀΐδεω Sol. 24, 8. Theogn. 703 etc. invenitur etiam genetivus Ἄϊδος a stirpe breviore Ἀϊδ derivandus, qui ex epica lingua sumptus est, id quod vel magis confirmatur formula, in qua comparet:

κατέβη δόμον Ἄϊδος εἴσω ‖. Λ 457: — κατίμεν δόμον Ἄϊδος εἴσω ‖, ut alia omittam.

ἀλκή. Pro vulgari dativo ἀλκῇ invenitur Theogn. 949 forma epicae linguae propria ἀλκὶ a stirpe ἀλκ descendens. Ceterum haec quoque legitur in formula epica:

Νεβρὸν ὑπὲξ ἐλάφοιο λέων ὣς ἀλκὶ πεποιθὼς ‖ ποσσὶ καταμάρψας. Conferas maxime Ε 299.

Ἄρης. A stirpe Ἀρες deducendae sunt hae formae Atticae et Ionicae dialectis cum Dorica communes: Tyrt. embat. 16, 1: Ἄρεος (Hephaest. DE, vulgo Ἄρεως). Sim. 1, 13 Ἄρεϊ δεδμημένους ‖ (Brunck. et Bergk. Ἄρει). Pisandri fr. 4: ὀξὺν Ἄρη συνάγων. Deinde ex epica dialecto Tyrtaeus 11, 7 Ἄρηος genetivum recepit (est necessaria Toupi coniectura pro ὡς Ἄρεως), qui ad stirpem Ἀρευ referendus est, quam Aeoles ad omnes casus adhibuerunt. Denique tertia stirps Ἀρα comparet in forma Ἄρεω Arch. tr. 48 nusquam alibi reperta. Ἄρη Ahrensius Alcaeo restituit. Haec formatio, ex qua in aliis dialectis maxime accusativus frequentatur, nata esse videtur ex similitudine nominativi stirpis in σ exeuntis cum nominativo masculinorum prioris declinationis.

Similiter:

Λεπτίνης nominis genetivus ab Archilocho tetr. 70, 1

dicitur *Λεπτίνεω*, quanquam vulgo loco stirpium in σ exeuntium habetur, ac

Κυπρογενής, quod in genetivo *Κυπρογενοῦς* (*εῦς*), quem saepe legimus, cf. Sol. el. 26, 1. Theogn. 1308 (mp.), alteram sequitur declinationem, Theogn. 1323 (mp.) vocativum offert *Κυπρογένη* ex stirpe *Κυπρογενα* formatum. Quam singularem formam Bergkius bene tuetur *Ἰφιγένη* voce. Comparentur Latinorum adiectiva composita, quorum altera pars est genus, veluti privignus privigna, alia.

Εὐρυμεδοντιάδης nomen contra, ut haud raro apud Ionas nomina propria in ης, in accusativo singulari flexum est ad analogiam stirpium in σ exeuntium: Hipp. hex. 85, 1: *Μοῦσά μοι Εὐρυμεδοντιάδεα, τὴν παντοχάρυβδιν* ‖ — *ἔννεφ'*.

δόρυ vocis duplex est flexura. Leguntur enim cum breviores formae, quae purae stirpi terminationes addunt et poëtarum maxime propriae sunt: Arch. el. 3, 1. 2 *δορί* (ter). Tyrt. 11, 20 *δουρός*, cum longiores quae stirpem ατ suffixo augent, *δορυατ*, *δουρατ*: Tyrt. 11, 37 *δούρασι*.

ἔρως. Cuius simplicior stirps conspicua est in *ἔρος* Theogn. 1322 (mp.) et *ἱμερτῶν ἔργων ἐξ ἔρον ἱέμενον*‖ Theogn. 1064 (Mimn.), quo cum loco conferas *αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο* quae formula apud Homerum 19 locis legitur, veluti *Α* 469 etc., praeterea *Ω* 227 *ἐπὴν γόου ἐξ ἔρον εἵην*, et hymn. in Apoll. Pyth. II, 321. Plenior et usitatior stirps *ἐρωτ* legitur Arch. ep. 103: *φιλότητος ἔρως*.

Ζεύς tres nobis demonstrat stirpes. Quarum prima est *ΔιϜ* Sanscrit. div [1]), quam Iones et Attici in casibus oblicuis adhibent: Sim. 7, 94. Sol. 4, 1. Theogn. 1. 11. 15: *Διός*; addas Theogn. 197 *Διόθεν*· altera *Ζευ* (*Διευ*, Sct. djau), quae ex priore, vocali aucta, nascitur atque in nominativo et vocativo apparet: *Ζεύς* Sim. 7, 93. Mimn. 2, 16. Theogn. 337 etc. *Ζεῦ*: Arch. ep. 88, 1. Theogn. 731 etc.

1) Grundz. 543 sq.

denique elegiaci Homeri aliorumque poëtarum more in casibus oblicuis usurparunt stirpem *Ζην*: Sol. 13, 1. 25 *Ζηνός*. Theogn. 285 *Ζῆν'* (accusat.), quae ex altera *υ* (u) abiecto (adhibetur haec forma, *Ζη*, djâ, in dialectis quibusdam) et *ν* addito nata est.

θέμις: Theogn. 688 ad stirpem *θεμι* referendum est. Quod contra legitur Theogn. 1141 *θέμιστας* stirpem habet *θεμιστ*, quae ex *θεμιστι* decurtata videtur [2]).

κάρη. Tyrt. 10, 23 in *ἤδη λευκὸν ἔχοντα κάρη πολιόν τε γένειον* || formula epica (cf. *X* 74: *ἀλλ' ὅτε δὴ πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον* ||, *Ω* 516: *οἰκτείρων πολιόν τε κ. π. τ. γ.* ||) spectatur plenior stirps *καρητ*, quae nata est ex breviore *καρα* addito suffixo *ατ* (cf. *καρααт*, *κρα-ατ* et *καρηατ*). Simplicior illa stirps, quae apud recentiores demum poëtas magis in usum venit, supposita est formae *κάρη* a Theognide vs. 1024 primo, ut videtur in poësin receptae.

μάρτυς, nominativus a stirpe *μαρτυ* derivandus exstat: Theogn. 1226. Altera stirps *μαρτυρ* apparet Hipp. tr. 51, 1: in *μάρτυρσιν*. Hanc formam, pro qua Tzetza Lycophr. tradidit *μάρτυσιν*, Bergkius recte restituit ex Eust. Il. 114, 20 (Favorin. 429): *πληθυντικὸν δὲ μάρτυρες παρά τε τοῖς κωμικοῖς καὶ Ἱππώνακτι.* Adamabant enim Iones et veteres Attici *ρσ* consonarum coniunctionem, cf. Arch. tr. 29, 1: *μυρσίνης* Sim. 38 *ταρσία*. Arch. tetr. 55 *θάρσυνε* (vulgo *θαρρῦναι*). Addas Arch. 34 *παλινσκίῳ*.

τάλας. Singularem huius vocis flexionem nobis tradidit ex Hipponacte (fr. 12): Choerobosc. Epim. I, 280 (Bekk. An. III, 1422): „*Ὅτι δὲ καὶ τοῦ τάλας τάλαντος ἦν ἡ γενική, δηλοῖ ὁ Ἱππῶναξ εἰπών. Τί τῷ ταλάντι Βουπάλῳ συνῴκησας;*“ dictum est, tanquam participium aoristi esset [3]).

---

2) Grundz. 470.

3) *νήφων* apud Theognidem 481 et 627 in dativo *νήφοσιν* non pro participio, sed pro adiectivo (cf. *ἄφρων*, *ἴδμων* etc.) habendum esse, iam recte intellexit Schaeferus.

τρεῖς numerale legitur Anan. tr. 3, 2 (est accusativus). Praeterea tamen forma dativi superstes est: Hipp. tr. 51, 1 *σὺν τριοῖσι μάρτυρσιν*, ubi antiquiorem stirpem *τρι* (cf. *τρί-α*) in fine *ο* vocali auctam videmus. Etiam in dialecto Delphica *τρεῖς*, aeque ac multae aliae stirpes in consonam exeuntes, dativum format ad normam prioris declinationis (*τρίοις*), ceteris casibus constanter alteram declinationem sequentibus [4].

Τρῆρες. De hac voce Steph. Byz. dicit: *Τρῆρες Θρᾴκιον ἔθνος, λέγεται καὶ τρισυλλάβως παρὰ Καλλίνῳ τῷ ποιητῇ. „Τρῆρεας ἄνδρας ἄγων“* (fr. 4), quo in frustulo stirps *Τρῆρες* in *σ* exiens conspicua est.

4) Curtius „über die sprachliche Ausbeute der neu entdeckten delphischen Inschriften“, Berichte der königl. sächs. Gesellsch. der Wissensch. 1864, pag. 223.

(Schluss im nächsten Heft.)

MISCELLEN.

VOM HERAUSGEBER.

1) ἴσᾱμι.

Diese dorische Form für das gemein-griechische οἶδα spielte in alten und neuen Zeiten eine grosse Rolle bei der Erklärung verschiedener allgemein üblicher Formen von οἶδα. Das σ in ἴσθι, ἴσμεν, ἴστε war der alten Grammatik, weil ihr die Einsicht in die Lautgesetze der Sprache abging, auf keinem andern Wege erklärlich, als dem künstlichen, von dem im EM. p. 476. 23 gehandelt wird: *τὰ εἰς ω λήγοντα ῥήματα κατ' ἔνδειαν χρόνου ἐκ βαρυτόνων εἰς περισπώμενα μεταγόμενα, διχρόνῳ βραχεῖ παραλήγεται, οἷον πείθω πιθῶ, στείχω στιχῶ, φείδω φιδῶ, τεύχω τυχῶ. οὕτως οὖν καὶ εἴδω εἴσω ἰσῶ· καὶ ἴσημι παράγωγον· ὅπερ Δωρικῶς γίνεται ἴσαμι, ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ* (5, 119).

καλῶς μάλα τοῦτό γ' ἴσαμεν (vielmehr *ἴσαμι*).

καὶ τὸ προστακτικὸν ἴσαθι· καὶ κατὰ συγκοπὴν ἴσθι (vgl. Anecd. Oxon. IV 390), während andere Grammatiker, die das EM. ebenfalls anführt, von einem Fut. *ἴσω* und Aor. *ἶσα* ausgingen. Die zuerst hervorgehobene Lehre, wonach namentlich *ἴσμεν* aus *ἴσαμεν* synkopirt sein soll, schleppt sich durch die Grammatiken bis auf Buttmann, der Ausf. Gr. I² 548 f. zuerst richtigeres vorbringt. Dennoch kann man auch in der neuesten Ausgabe von Stephanus Thesaurus sich an der alten Weisheit erbauen. Selbst Thiersch (Gr. Gr. vorzügl. des homer. Dialektes §. 122) schwankt zwischen der Auffassung Buttmann's, wonach *ἴσμεν, ἴστε* aus *ἴδ-μεν, ἰδ-τε* entstanden ist, und jener älteren, indem er meint, das deutsche w i s s e n „deute auf den Wurzellaut

ἴσ für diesen Begriff". Es ist nicht überflüssig sich bewusst zu werden, wie sehr die griechische Grammatik im dunkeln tappte, selbst in Betreff der allergeläufigsten Verbalformen, ehe sie sich entschloss, bei Bopp und Iacob Grimm in die Schule zu gehn. Das dorische ἴσαμι übrigens hat Buttmann nur mit folgenden Worten besprochen: „In andern Mundarten bildeten sich aus eben diesem Laute ἰσ [der in ἴσμεν, ἴστε, ἴσασι vorliegt] auch andre Formen, welche ganz in die Analogie des Präsens auf μι übergingen: ἴσημι, ἴσαμεν." Die gleiche Ansicht wiederholt Matthiä I 566. Das unbefriedigende derselben bedarf keiner Hervorhebung. Dass in einer und derselben Mundart sich neben dem aus ἴδ-μεν entstandenen ἴσ-μεν später ein gefügigeres ἴσ-α-μεν gebildet, ja dass letzteres wieder ein ἴσᾱμι nach sich gezogen hätte, wäre allenfalls denkbar. Aber wer wird es glaubhaft finden, dass die specifisch attische Form ἴσμεν die Quelle des dorischen ἴσαμεν geworden sei? Schon ein Blick auf den wirklich vorkommenden durch Singular und Plural des Indicativs, durch den Conjunctiv, Infinitiv und Particip durchgeführten Stamm ἰσα und zwar aus den verschiedenen Zweigen des dorischen Stammes genügt, um jeden Gedanken an einen so seltsamen Ursprung dieser Formen vollends zu beseitigen.

Obgleich bereits Ahrens dor. p. 345 über die vorkommenden Formen gründliche Auskunft giebt, mögen sie doch hier sämmtlich kurz aufgeführt werden:

1 S. ἴσᾱμι Hesych. ἴσαμι ἐπίσταμαι· Συρακούσιοι, danach bei Epicharm. fr. 98 Ahr. (Ἄδηλα 1 Lorenz)

ὡς δοκέω — δοκέω γάρ; — σάφα ἴσαμι τοῦθ' ὅτι
τῶν ἐμῶν μνάμα ποκ' ἐσσεῖται λόγων τουτῶν ἔτι.

Pind. Pyth. IV, 247 *καί τινα*
οἶμον ἴσαμι βραχύν.

Theocr. V, 119 *καλῶς μάλα τοῦτό γ' ἴσαμι.*

2 S. ἴσαις oder ἴσας, ersteres wie τίθεις, δίδοις (Ahrens p. 312). Theocr. XIV, 34 *τᾶμος ἐγών, τὸν ἴσαις τύ.*

3 S. ἴσατι C. I. No. 5773 („lamella aenea in Bruttiis reperta") - - - χρηται καὶ ἴσατι,
Theocr. XV 146 ὀλβία ὅσσα ἴσᾶτι.

1 Pl. ἴσᾶμεν Pind. Nem. VII 14 ἔργοις δὲ καλοῖς ἔσοπτρον | ἴσαμεν ἑνὶ σὺν τρόπῳ.

2 Pl. ἴσατε. Periander (?) ap. Diog. Laert. I 99 ὡς ἴσατε αὐτοί, wo Cobet ἴστε schreibt. Die dritte Person Pl. ἴσαντι bedarf keiner besondern Hervorhebung, da sie mit dem gemeingriechischen ἴσασι auf einer Linie steht. Es mag daher nur erwähnt werden, dass Epicharm fr. 26 Ahr. (Ἥβης γάμος 2 Lorenz) und Theokrit XV 64 ἴσαντι bieten.

Die 3 Pl. des Conjunctivs ἰσᾶντι schreibt Boeckh auf der Inschrift aus Knossos No. 5053: ὅπᾳ ὦν ἰσᾶντι Τήιοι (d. i. ἵνα εἰδῶσι) nach Sherard, während Chishull ἰσῶντι las.

Den Infinitiv bietet Hesych. γισάμεναι (Ahrens γισάμεν) εἰδέναι, das Particip Apollon. de adv. 587, 8 ἴσας, dessen Dativ Pind. Pyth. III 29: πάντα ἴσαντι νόῳ.

So weit das factische. Sehen wir uns nun nach einer Erklärung um. Von Seiten der vergleichenden Sprachforschung sind dazu meines Wissens nur zwei Versuche gemacht. Pott Etym. Forsch. I[1] 246 — das Wurzellexikon ist noch nicht so weit gediehen — vermuthet, ἴσαμι sei ein „abgeleitetes Verbum", entstanden aus ἴσ-τα-μι, verhalte sich zu οἶδα wie ναιετάω zu ναίω oder ähnlich wie etwa ἀϊστόω zur W. Ϝιδ. Aus ἰσ-τα sei durch Assimilation ἰσσα, dann ἰσα geworden. Dagegen ist vieles zu erinnern. Zunächst würde ein abgeleiteter Stamm ἰστα im dorischen Dialekt das Präsens ἰστάω bilden. Nur die Aeolier flectiren die abgeleiteten Stämme nach Analogie der Verba auf μι. Ferner, wo liegt ein Beispiel der hier angenommenen Verwandlung von στ durch σσ in σ vor? στ ist in allen griechischen Mundarten eine der beliebtesten Lautgruppen, in zahllosen Verbaladjectiven auf -στο und Nominibus agentis auf στα sowie den daraus abgeleiteten Formen, ja selbst

vor *ι* in *μνῆστις*, *λῆστις* u. s. w. erhalten. Von dem Uebergang in *σ* wüsste ich höchstens ein Beispiel, das kyprische *ὕεσις* = *Fεσ-τι-ς*, hier offenbar unter dem Einfluss des *ι*. Aber bekanntlich zeichnet sich gerade der dorische Dialekt durch die Erhaltung des *τ* vor *ι* aus (*φα-τί*).

Pott führt zwar *μασᾶσθαι* kauen an, das ebenso entstanden sei. Allein, ob dies in der That auf eine im lat. *mandere* erhaltene W. *μαδ* zurückgehe, ist zweifelhaft. Erinnern wir uns an *maxilla* und das griech. *μάσσειν* kneten, so liegt es nahe *μασα* aus *μασσα* und dies aus *μακjα* zu erklären. Der Uebergang von *st* in *ss* ist im Lateinischen (*missu-s* für *mis-tu-s* aus *mit-tu-s* u. s. w.) eine ebenso geläufige als dem Griechischen fremde Erscheinung.

Ebenso wenig werden wir Benfey folgen können, wenn er WL. I 370 *ἵσημι* auf *Fιδjημι* zurückführt, da, abgesehen von andern Schwierigkeiten, *δj* nicht *σ*, sondern *ζ* gibt. Ich möchte vermuthen, dass bei dem Fortschritte, den wir inzwischen in Bezug auf die Beobachtung der Laute und Lautübergänge gemacht haben, keiner der beiden genannten Gelehrten an jenen Vermuthungen festhält.

Die bisherigen meist negativen Betrachtungen enthalten nun, denke ich, zugleich das positive Resultat, dass das *σ* von *ἴσαμι* als ein ursprüngliches aufgefasst werden muss. Und da es wohl niemand beikommen wird, den Stamm *ἰσα* von der Wurzelgemeinschaft mit der W. *Fιδ* auszuscheiden, so ist die Aufgabe die zu erklären, wie aus der W. *Fιδ* der Stamm *Fι-σα* hervorgegangen ist. Dass dies durch Anfügung der Sylbe *σα* an *Fιδ* geschehen, werden wir sofort voraussetzen. Aber was soll diese Sylbe *σα*?

Der erste Gedanke, der einem in den Sinn kommt, ist der, das *σ* könne in die Kategorie jener an die Wurzeln antretenden Zusätze gehören, die ich Wurzeldeterminative nenne. *Fιδ-σ* würde sich dann zu *Fιδ* ebenso verhalten wie *αὐξ* zum lat. *aug*, *δεψ* zu *δεφ*, *δεξ* in *δεξ-ιό-ς* zu *δεκ* (Grundz. [2] 63). Insofern das lat. *visere* augenscheinlich auf solche Weise aus der W. *vid* von *videre* hervorgegangen

ist, könnte man sogar in ihm das Vorbild für unser *Fίσαμι* zu finden geneigt sein. Freilich aber stellen sich solcher Annahme mehrfache, namentlich, so viel ich sehe, drei Schwierigkeiten in den Weg. Erstens wäre das *α* in hohem Grade auffallend. *Fίσω* würde sich allenfalls, *Fίσᾰ-μι* schwer so erklären lassen. Allerdings hat in einer Anzahl von Verben z. B. in *ἄγα-μαι*, *κρέμα-μαι*, *πέτα-μαι* der Vocal *α* wesentlich dieselbe Geltung wie die sich ergänzenden Vocale *ο* (*ω*) und *ε* in der gewöhnlichen Conjugation, nämlich den Schluss der Themen zu bilden. *α* ist hier, anders ausgedrückt, die ältere Phase des Vocals, den ich nach dem in meiner Abhandlung „Zur Chronologie der indogerm. Sprachen“ gesagten den thematischen nenne. Aber mit wenigen Ausnahmen sind die hieher gehörigen Verba nur im Medium üblich, und vollends, dass eine abgeleitete Bildung wie diese eine so alterthümliche Vocalfärbung bewahrt haben sollte, ist unwahrscheinlich. Ein zweites Bedenken entnehme ich der Bedeutung. Jene durch das Determinativ *σ* erweiterten Wurzeln berühren sich, wie Pott Et. Forsch. II² 566 weiter ausführt, mit Desiderativbildungen, und wenigstens in einigen von ihnen, wie eben im lat. *visere*, ist die Bedeutung des Strebens, Trachtens nach etwas nicht zu verkennen. Diese Bedeutung steht aber der des Futurums näher als der des Perfects, passt also gar nicht zum Begriff von *Fίσαμι* = *Fοῖδα*. Endlich müsste, wenn das *σ* von *Fίσαμι* den angegebenen Ursprung hätte, diese dorische Form von der gemeingriechischen *ἴσασι* völlig getrennt werden. Denn dass in diesem letzteren *-σασι* aus *-σαντι* entstanden und dem *-runt* des lat. *viderunt* gleichzusetzen, mithin als die 3 Pl. des periphrastisch angewendeten Verbum substantivum zu betrachten sei, gilt mit Recht für ausgemacht. Und wer könnte auch *ἴ-σασι* von seinem homerischen Präteritum *ἴ-σαν* und letzteres von *ἔ-δο-σαν*, *ἔ-φα-σαν* abtrennen? Die vorhin als möglich hingestellte Ansicht würde nun dahin führen, entweder das *-σαντι* der dorischen 3 Pl. *ἴ-σαντι* = *ἴσασι* von dieser

gleichbedeutenden Form für verschieden zu halten oder umgekehrt aus der Gemeinschaft der übrigen dorischen Formen ἴσαμι, ἴσᾳς, ἴσατι, ἴσαμεν auszuscheiden. Beides ist, denke ich, gleich misslich.

So führen uns unsre Erwägungen auf eine zweite Möglichkeit. Wenn wir davon ausgehen, dass dorisches ἴσαντι und gemeingriechisches ἴσασι wirklich identisch sind, so könnten ἴσαμι, ἴσᾱτι u. s. w. die der letzteren Form entsprechenden übrigen Personalformen sein, das heisst, mit andern Worten, es eröffnet sich die Möglichkeit im dorischen ἴσαμι ein durchgeführtes Paradigma eines mit der W. ἐς zusammengesetzten Perfects zu erblicken, während das Gemeingriechische von einem solchen nur die 3 Pl. bewahrt hat. Und in der That sehe ich nicht, was uns hindert, diese Möglichkeit für Wirklichkeit zu halten. Der Grieche bildet zwar sein Perfect in der Regel einfach. Aber an Ansätzen zur Zusammensetzung, wie sie in andern Sprachen weitere Ausdehnung gewonnen hat, fehlt es auch in diesem Tempus nicht. Die singuläre dritte Pluralis ἐγρηγόρ–θ–ᾱσι *K* 419 ist gewissermassen ein Ansatz zu jener Bildung, die im germanischen schwachen mit W. *dhâ* zusammengesetzten Präteritum durchgedrungen ist. Von einer Zusammensetzung mit der W. ἐς zeigen sich noch mehr Spuren, die auch der Aufmerksamkeit der Sprachforscher nicht ganz entgangen sind. Eine dritte Person Pluralis der Art ist unstreitig das auf der tab. Heracl. I Z. 121 erhaltene γεγράψαται (ὅσσα ἐν τᾷ συνθήκᾳ γεγράψαται). Diese Form steht durchaus auf einer Linie mit dem skt. *vid-ratê* (vgl. Kuhn, Ztschr. II 133), insofern diese Form richtig auf *vid-satê* (gleichsam griechisches Ϝι–σαται) zurückgeführt wird. Noch seltsamer ist der auf derselben Tafel Z. 103 überlieferte Conjunctiv μεμισθώ–σωνται, augenscheinlich ein zusammengesetzter Conjunctiv Perfecti, der sich zum indicativischen μεμίσθω–νται genau so verhält wie lat. *dede-rit* d. i. *dede-sit* zu *dedi-t*. Die Modi des Perfects sind überhaupt nicht leicht zu bilden. Das

homerische *βεβρώ-θ-οι-ς* (*Δ* 35) ist ein Beispiel davon, dass man es auch hier wieder mit der W. *θε* versuchte. Bekannter ist als unmittelbarste Parallele von *ἴσασι* die Form *εἴξασι*, so viel wir wissen, ein Eigenthum der Attiker, denen aber auch *ἐοίκασι* nicht fremd ist. Alles dies zeigt hinreichend, wie wir an verschiedenen Stellen sporadische Ansätze zu solchen Bildungen finden, dass mithin ein principielles Bedenken einer etwas weiteren Ausdehnung bei den Doriern nicht im Wege steht. Die Verbalparadigmen, so viel dürfen wir nach manchen einzelnen Spuren auf Inschriften schliessen, sahen in den griechischen Mundarten bunter aus, als wir vom Standpunkt der litterarisch ausgebildeten Dialekte vermuthen möchten.

Die Grundform des zusammengesetzten Perfects, das wir voraussetzen, müsste folgende gewesen sein

vid-sâ-mi	vid-sa-mas
vid-sâ-si	vid-sa-tas
vid-sâ-ti	vid-sa-nti

Wir haben darin wohl eine Zusammensetzung der W. *vid* mit einer Verbalform der W. *as* zu erkennen, die an sich nichts perfectisches an sich trägt, sondern sich von dem üblichen Präsens nur durch die Anwendung des thematischen im Singular langen Vocals unterscheidet, also ursprünglich *asâ-mi*, *asâ-ti* u. s. w. lautete. Denkbar wäre es allerdings, dass das Zeichen des Perfects, die Reduplication in der Länge des Anlauts — also *âsâ-mi* — bestanden hätte, ohne dass die Zusammensetzung davon etwas verriethe. Von dem Eindringen des thematischen Vocals haben wir auch im Präteritum *âsa*, 3 Pl. *âsan*, gr. *ἔα*, *ἔατε* lat. *era-m*, *era-nt* deutliche Spuren. Auf diese Weise hätten wir hier das Beispiel eines Perfects, das in seinen Endungen vom Präsens sich nicht unterscheidet, eine Erscheinung, die allerdings der Ansicht widerspricht, die Schleicher im Compendium [2] 721 über die Personalendungen des Perfects geltend macht. Schleicher vermuthet, dass das a von *ǵa-ǵan-a* = gr. *γέγονα* und *γέγονε* in der ersten Person ein

Rest der Personalendung *ma* (= *mi*) ich, in der dritten von *ta* (= *ti*) er ist, dass also die indogermanische Grundform *gagan-a* dort aus *gagan-ma*, hier aus *gagan-ta* hervorgegangen sei. Allein dieser Annahme steht, von andern und, wie ich glaube, nicht unerheblichen lautlichen Schwierigkeiten abgesehn, die Thatsache entgegen, dass uns die Form *οἴδημι* = *οἶδα* als aeolisch glaubhaft überliefert ist (Hesych. *γοίδημι ἐπίσταμαι*). Diese Form zeigt wenigstens das eine unwiderleglich, dass es im Griechischen Perfecta gegeben hat, welche ganz wie Präsentia die Endung *-μι* an ein vocalisches, nach Art der Conjugation auf *MI* behandeltes Thema anfügten. Und zu diesem *οἴδημι* (d. i. *vaidâ-mi*) verhält sich nun *ἴσᾱμι* d. i. *vid-sâ-mi* genau ebenso wie lat. *lûsi* zu *vîdi*, oder wie *ἔφα-σαν* zu *ἔ-φα-ν*. Auch die Bildung des Conjunctivs, des Infinitivs und Particips ist durchaus der Präsensbildung analog. Die oben angeführte kretische Conjunctivform *ἰσαντι* ist wahrscheinlich nicht als Properispomenon zu betonen, sondern als Proparoxytonon *ἴσᾱντι*, so dass sie sich zu *ἴσαντι* mit von Natur kurzem Vocal verhält wie *ἔρᾱται* bei Pindar Pyth. IV 92 zu *ἔρᾰται*, wie *καθίστᾱται* C. I. 2671 zu *καθίστᾰται*. Im Particip und Infinitiv ist die Analogie des Perfects verlassen und die des Präsens eingetreten, eine im Dorismus auch sonst mehrfach bezeugte Erscheinung. Während die Syrakusaner in den Formen *ὀλώλω*, *δεδοίκω* für *ὄλωλα*, *δέδοικα*, andere Dorier im Infin. *γεγόνειν*, *δεδύκειν* das Perfect der Regel der gewöhnlichen Präsentia auf *ω* accommodirten (Ahr. dor. 329, 331), ist hier die auf *μι* durchgedrungen. Allein auch dazu bietet sich in dem herakleischen *πεφυτευκῆμεν* I 74, *πεπρωγγυευκῆμεν* (= *προ-ηγγυηκέναι*) I 107 eine unzweifelhafte Parallele. Denn *-μεν* ist im dorischen Dialekt als Infinitivendung auf diese Conjugation beschränkt. Im Grunde fügt sich selbst das gemeingriechische *γεγονέναι* besser zu *τιθέναι* und *θεῖναι* als zu *λέγειν*. Da sich in den herakleischen Formen langer Vocal vor der Endung des Infinitivs zeigt, wird auch wohl das *α* von

Ϝισάμεναι lang gewesen sein. Auf diese Weise kann nun auch das Particip *ἴσας* (vgl. *ἱστάς*, *βάς*) nicht allzusehr überraschen. Die Anomalie des Accents erklärt Apollonius de adv. 587, 8 durch *συνεκδρομή* neben Formen wie *γεμίσας*, *λεπίσας*.

Das auf diese Weise, wie ich glaube, hinlänglich gesicherte zusammengesetzte Perfect verglichen wir wiederholt dem lateinischen sigmatischen Perfect, in welchem, wie wohl allseitig zugegeben wird, das *s* auf dieselbe Quelle zurückgeht. (Schleicher Comp. 828.) *lū-si-mus* für *lūd-simus* steht in der That ganz auf einer Linie mit *ἴ-σα-μεν* für *Ϝιδ-σα-μεν*. Nichts ist ja gewöhnlicher, als dass Bildungen, die in der einen Schwestersprache sehr geläufig geworden sind, in der andern nur in wenigen Spuren vorkommen, wie denn auf die Analogie zwischen den griechischen seltnen Formen mit *ϑ* und den deutschen häufigen der s. g. schwachen Conjugation schon oben hingewiesen ward. Das aber, was hier über das Perfect der Griechen erschlossen ward, führt zu einigen Consequenzen für das lateinische Perfect. Das lateinische Perfect zeigt in der ersten und dritten Person Singularis eine auffallende Länge:

dedī (auch *dedei*) *dedīt* (*dedeit*, *dedet*).

Vgl. Schleicher, Comp. 730 f. Diese Länge erhält nun ihr Seitenstück in *οἴδημι* und *ἴσᾱμι*, *ἴσᾱτι*. Ich zweifle nicht daran, dass *Ϝοίδη-μι* und *vīdī*, *ἴσᾱ-τι* und *lūsī-t* wirklich genau dieselben Bildungen sind. Der lange A-Laut hat sich im Lateinischen zunächst in *ē* verwandelt, wie in *siē-s* = *ἑ(σ)ιη-ς* = skr. *(a)sjā-s* — daher *dedet* C. I. L. 32, 63, 64, *fuet* 32, *ornavet* 195, *posedet* 199, 28 — und ist dann weiter in jenen Mittellaut zwischen *e* und *i* übergegangen, der, wie wohl allgemein anerkannt ist, eine Zeit lang durch das nur für das Auge diphthongische *ei* ausgedrückt ward, daher *fecei* C. I. L. 551, *fuueit* 1051, *probaveit* 600, *veixei* 37, *petiei* 38. *ei* steht hier dem griech. *η* gerade so gegenüber wie in *nei* (neben *ne*, *ni*) = *νη* in *νή-ποινος*, wie in *feilius* (neben umbr. Acc. Pl. *feliuf*), zu vergleichen mit

griech. *θηλ-αμών* (Grundz. 227). Endlich trat *i* ein, das vor *t* sogar verkürzt ward. Die Unmöglichkeit jedes *ei* oder *i* aus gesteigertem oder durch Ersatzdehnung lang gewordenem *i* zu deuten, leuchtet am meisten ein bei der 2 S. Perf. z. B. *gesistei* C. I. L. 33. Hier entspricht *ei* ebenfalls dem *â*, das sich vereinzelt in den vedischen Formen der 2 Sing. auf *thâ* statt des gewöhnlichen *tha* erhalten hat, denen sich die zendischen auf *tâ* oder *thâ* zur Seite stellen, z. B. skt. *vêt-thâ*, zd. *vôiç-tâ* = *οἶσ-θα*. *vîdistî* ist völlig identisch mit einem nach der Analogie des aeol. *Ϝοίδη-μι* sehr denkbaren *Ϝοιδη-σθα*.

---

2) Attisches η statt ᾱ in der A-Declination.

Von der in den Lautgewohnheiten des Atticismus so fest begründeten Regel, dass *ᾱ* nach *ρ* unverändert bleibt, gibt es unter den Stämmen der A-Declination vier Ausnahmen: *) *κόρρη*, *κόρη*, *δέρη*, *ἀθάρη*. Dass wir es hier nicht mit einer blossen Laune der Sprache zu thun haben, wird jeder nachdenkende sofort vermuthen und darum lohnt es sich nachzuspüren, ob sich der Grund der Abweichung nicht aus der Entstehung dieser Wörter ermitteln lässt.

1) Am leichtesten gelingt dies bei *κόρρη*, Schläfe. Doppeltes *ρ* ist nicht selten aus *ρσ* entstanden, das uns sogar meist noch aus dem älteren Atticismus überliefert ist, so *χερσό-νησο-ς* später *χερρό-νησο-ς*, *θαρσέω* später *θαρρέω*, *πύρσος*, *πύρσι-ς* (Hesych.) neben *πύρρι-ς*, *πυρσό-ς* als Substantiv Feuerbrand neben dem Adjectiv *πυρρό-ς* (vgl. *πυρσαίνω*, *πυρσο-* in Compositis, *Πύρσων* neben *Πύρρων*). Ebenso hier. Die Form *κόρση* ist homerisch und altattisch. Das Wort bedeutet keineswegs bloss Schläfe, sondern hat,

*) In meiner Schulgrammatik §. 115 ist das seltene, der Schullectüre fremde *ἀθάρη* absichtlich übergangen.

wie sich aus den deutlichsten Spuren ergibt, eine weitere Anwendung. Bei Hesychius lesen wir: *κόρση κεφαλή, ἔπαλξις, κλῖμαξ, κρόταφος*, bei Pollux II 40 *τοὺς κροτάφους ἔνιοι κόρρας ὀνομάζουσιν, ἀντὶ τοῦ κόρσας, ἤγουν κεφαλάς*. Aeschylus sagt (fr. 105 Nauck): *πυρσοκόρσου λέοντος*, was von Hesychios mit *πυρροκεφάλου, ξανθοτρίχου* wiedergegeben wird. Diese weitere Bedeutung behielt auch die jüngere, wie es scheint, zuerst bei Plato nachweisbare Form *κόρρη* in der Wendung *ἐπὶ κόρρης παίειν*, auf den Kopf schlagen, ohrfeigen. Die progressive Assimilation von *ρσ* war auch dem Dorismus nicht fremd. Bei Theocr. XIV 34 heisst es *πὺξ ἐπὶ κόρρας*, in einem freilich sehr unverständlichen Fragment Alkmans (44 B [3]) ist *κατὰν κάρραν* zu lesen (Ahrens dor. 102). Anders umgestaltet erscheint die Lautgruppe *ρσ* in *κωρέα ἄκρα* Hesych. Denn dass dies für *κορσ-έα* mit Ausstossung des *σ* und Ersatzdehnung steht, ist in hohem Grade wahrscheinlich. Wie nahe liegt es ein Vorgebirge als Kopf, Kuppe zu bezeichnen! Lautgeschichtlich ist hier also alles völlig klar. Die griechische Grundform des Nominativs ist *κορσᾱ*, daraus ward gesammtionisch und darum auch altattisch *κόρση* (vgl. *ἔρση, ἄση*). Erst nachdem sich das *η* schon zu fest gesetzt hatte, um wieder verdrängt zu werden, entstand trotz des *ρ* *κόρρη*. Daher die Anomalie, die, wie so oft, Zeugniss für eine ältere Analogie abgibt.

Aus den verwandten Sprachen gehört zu *κόρση* skt. *çîrsha-m*, Haupt, wie schon Pott E. F. I [1] 128 erkannte. Das Wort ist eine Weiterbildung aus dem gleichbedeutenden *çiras*, entstanden aus der Grundform *karas*, die sich im griechischen *κάρα* erhalten hat (Grundz. 132). Auch in *κορυ-φή, Κόρ-ινθο-ς* tritt der O-Laut hervor. *κορσα* geht daher wie *çîrsha* auf *karas-a*, das heisst, auf ein aus *karas* durch das Suffix *a* abgeleitetes Substantiv zurück, das sich zu jener kürzeren Form verhält wie skt. *divâs-a-s* Tag zu *div-as* (vgl. lat. *inter-diūs*), wie lat. *oper-a* d. i. *opes-a* zu *opus*, wie *ôr-a* zu *ôs*.

2) Das zweite Wort ist *κόρη*. Hier liegt uns keine andre in attischer Umgangssprache geläufige Form als diese vor. Denn wenn die Tragiker in melischen Stellen *κόρα*, auch *κούρα* gebrauchen, z. B. Aesch. Sept. 147 *Λατογένεια κουρά*, Choeph. 949 *Διὸς κόρα*, so ist das als Dorismus zu betrachten. Im Dialog heisst es (z. B. Aesch. Prom. 589 *τῆς οἰστροδινήτου κόρης* vgl. 647) regelmässig auch bei den Tragikern *κόρη*. Aber wohl zu beachten ist der Umstand, dass Homer keine andern Formen als die mit dem Diphthong kennt: *κούρη*, *κοῦρος*, *ἐπίκουρος*, *κούρητες*, *κουρίζειν*, *κουρότερος*, *κουροτρόφος*. Dem homerischen *ου* steht das *ω* der dorischen Formen gegenüber (Ahrens dor. 161): *Κώρα* C. I. 2567, *κωραλίσκος· τὸ μειράκιον Κρῆτες*, Phot., *Κωρῆτες* C. I. 2554, l. 130, 185, ebenso lakonisch *κωρί'*, der Megarenser bei Arist. Ach. 731 nach Elmsley, während die Handschriften das unmetrische *κόρι'*, *κόριχ'* bieten, *κώρα* Theocr. VI, 36, *κῶραι* Callim. Lav. Pall. 27, 138, in Cerer. 9. Eustath. ad Od. p. 1535, 50 nennt *κῶρος* auch aeolisch. In beiden Mundarten ist aber daneben das kürzere *κόρα* reichlich bezeugt (Ahrens aeol. 93, dor. 161). Erwägen wir diese Verhältnisse, so wird es sehr wahrscheinlich, dass die Länge als Ersatzdehnung für älteres *ρρ* zu fassen, und dies aus der Assimilation eines nach *ρ* ursprünglich vorhandenen Consonanten entstanden ist. Und in der That ist uns von doppeltem *ρ* in diesem Worte wenigstens eine doppelt bezeugte sichere Spur erhalten. Hesychius hat die Glosse *κόρριον* (richtiger *κορρίον*), *μικρὸν κοράσιον*. Dieselbe Erklärung gibt er weiter oben von *κόριον*. Beim Scholiasten zu Dion. Thrax Bekk. Anecd. 856 lesen wir *κόῤῥιον διὰ τοῦ ρρ παρὰ Ἀττικοῖς. κόριον δὲ δι' ἑνὸς ρ παρὰ Θεοκρίτῳ*. Ob diese Notiz in dieser Form ganz richtig ist, mag dahin gestellt bleiben, aber an sich sehe ich keinen Grund, die Form *κορρίον* zu verdächtigen. Haben wir doch dieselbe Erscheinung im homer. att. *βούλομαι* neben homer. *βόλοντο* und kretischem *βώλομαι*, *βωλά*, *βωλεύω*, lesb. *βόλλα*, im lakon. *Πηρεφόνεια*

neben *Περσεφόνεια* und attischem *Φερρέφαττα*, ebenso in dem vorhin angeführten *κωρέα ἀκρά* neben *κόρρη*, *κόρση*. *κόρα*, *κόρη* steht auf der Stufe von *ὅλος* neben hom. *οὖλος* = *σολ-Fο-ς* (skt. *sar-va-s*), von att. *ὅρος* aus dem inschriftlich bezeugten *ὅρ-Fο-ς* neben ion. *οὖρο-ς*, *γόνατα* neben lesb. *γόννατα*, homer. *γούνατα*, *μέσος* neben homer. dor. aeol. *μέσσος*.

Also selbst ohne dass wir wegen des bestimmten nach *ρ* ausgefallenen Consonanten eine Entscheidung treffen, müssen wir solche Erklärungen des Wortes für misslungen halten, welche auf der Voraussetzung beruhen, dass überhaupt keiner ausgefallen ist. Fick im Wörterb. der indogerm. Grundsprache S. 32 stellt unsre Wörter mit skt. *k'arî* junge Frau, *k'âri-kâ* Dienerin, zd. *carâiti* Mädchen, Frau zusammen. Durch die Auseinandersetzung der Lautverhältnisse ist dies wohl hinreichend widerlegt. Richtiger sah Benfey Wurzell. II 176, wo er *κορσο* als Grundform aufstellt. Er leitete *κορσ* aus der skr. W. *krt* scheren ab, „der Jüngling, der sich den Bart abscheert“. Diese Deutung kann uns freilich nicht befriedigen. Sie setzt die späte Sitte des Rasirens als eine uralte voraus, ist für den Jüngling nicht bezeichnend genug und könnte auf das Mädchen nur missbräuchlich übertragen sein. Dennoch ist, glaube ich, die Wurzel richtig gefunden, es ist keine blosse Homonymie, wenn *κοῦρος*, *κούρα* an *κουρά*, *κουρεύς* anklingen. Beide Wörtergruppen stammen von der W. *κερ*, von *κείρω* (Grundz. Nr. 53), *ἀκερσεκόμης* (Clemm de compositis Graecis quae a verbis incipiunt, Gissae 1867, p. 28, 131). Diese Wurzel, ursprünglich *skar* lautend, liegt im Sanskrit der weitergebildeten Form *krt* d. i. *kart* zum Grunde. Mit dieser dürfen wir die griechischen Wörter nicht vergleichen, da sich der Uebergang von *t* in *σ* nicht hinreichend rechtfertigen liesse. Eher ist in dem *σ* ein weiterbildendes Element zu erkennen, ein Wurzeldeterminativ, wie ich es nenne, also ein *κερσ* neben *κερ* anzunehmen sein. Deutlich zeigt sich das *σ* in Formen, welche die Grundbedeutung scheren,

schneiden bewahrt haben: κορσοῦν κείρειν, ἀποκορσωσαμέναις· ἀποκειραμέναις, κόρσας γὰρ τρίχας Αἰσχύλος Ὑψιπύλῃ Hesych. nebst den Substantiven κορσωτήρ = κουρεύς (Pollux II 32), κορσωτεύς in derselben Bedeutung und κορσωτήριον = κουρεῖον (Hesych. und Charon bei Athen. XII. 520 e). Die Glosse κορσεύς· κουρεύς bei Hesych. ist nur der Buchstabenfolge wegen verdächtig, κόρσης war nach Chrysippos bei Athen. XIII 565 der Spottname des ersten, der sich den Bart wegrasirt hatte. Versteckter ist das σ in κουρά, κουρεύς, κουρίς (Schermesser), κουρίζειν, κουρίας, κουριᾶν, wo wir nach dem oben gesagten überall den Diphthong als Ersatz für die ursprüngliche Doppelconsonanz betrachten dürfen. Man wird dabei sofort an die häufig erwähnte Sitte denken, dass Knaben und Mädchen (vgl. Hesych. οἰνιστήρια· πρὶν ἀποκείρεσθαι τὸν μαλλόν) zur Zeit der Jugendreife sich ihr Haupthaar abschoren, dies den Göttern, die Knaben namentlich den Flussgöttern weihten. Das hohe Alter solcher Gebräuche wird auch dadurch bestätigt, dass die Sage den Theseus als Jüngling nach Delphi wandern lässt, um dort dem Gott sein Haar darzubringen (Plutarch Theseus 5, Becker Charikl. III[2] S. 236). — Inschriften aus Paros, nach denen die παίδειος θρίξ, πρώθηβος θρίξ, πρωτότμητος θρίξ junger Männer der Hygeia oder dem Asklepios dargebracht wird (C. I. Nr. 2391—93) bespricht Thiersch in den Schriften der Münchner Akademie, hist. philol. Cl. 1835 S. 634. — Vgl. Scholia zu Pind. Pyth. IV 145, Eustath. ad Ψ 146: ἔθος ἦν τρέφειν κόμην τοὺς νέους μέχρι τῆς ἀκμῆς, εἶτα κείρειν αὐτὴν ἐπιχωρίοις ποταμοῖς. Erwägt man ferner, dass die athenischen Epheben regelmässig mit kurzem Haar erscheinen (K. Fr. Hermann Privatalterth. §. 23, 14, Gottesdienstl. Alterth. §. 25, 5), dass das Fest bei der Aufnahme der Jünglinge unter die Bürger in Athen κουρεῶτις (Et. M. s. v.), eine deutliche Ableitung von κουρεία, also Schurfest hiess, so wird es sehr wahrscheinlich, dass die Wörter κοῦρος, κόρη dieser Sitte ihren Ursprung verdanken, ursprünglich

also geschorener, geschorene hiessen. Bestätigt wird dies durch einige mundartliche Benennungen von Knaben und Jünglingen, die Ahrens dor. 67 zusammenstellt: σκυρθαλίας, σκυρθάλιος, σκύθραξ. Ihnen liegt die vollere Wurzelform σκυρ, σκερ (aus *skar*) mit weiterbildendem ϑ zum Grunde. Dazu gehört wahrscheinlich auch das gleichbedeutende lakonische κυρσάνιος (Aristoph. Lysistr. 983, 1248), mit der in Photius Lexikon erhaltenen neutralen Nebenform κυρσάνιον. Es läge freilich nahe, diese Wörter unmittelbar aus dem Stamme κερσ abzuleiten. Aber die Lakonier, welche χερρός, κάρρων (= κρείσσων) sagten, würden das ursprüngliche σ schwerlich unangefochten gelassen haben. Mit Recht vermuthet daher Ahrens, dass das σ nach lakonischer Weise aus ϑ entstanden sei, wonach denn κυρ-ϑ-άν-ιο-ς sich zu den eben erwähnten Formen stellt, von denen es sich überdies durch den Verlust des anlautenden σ und durch das Suffix unterscheidet. Eine andere Benennung junger Leute aus gleichem Anlass und noch weniger der Missdeutung unterworfen, führt Eustath. ad Iliad. p. 727, 22 aus Kallimachos an: ἀπότριχες.

Endlich findet auf diesem Wege auch wohl das viel besprochene homerische κουρίδιος seine Erledigung. Was den Gebrauch betrifft, so weiss ich dem, was Buttmann im Lexil. I 32 ebenso bündig wie schlagend auseinandergesetzt hat, nichts hinzuzufügen. Leider beachtet man den unvergänglichen Inhalt dieses für die Methode exacter Wortforschung, so weit dabei die Bedeutungen in Betracht kommen, noch immer unübertroffenen Buches jetzt viel zu wenig. Wer es für möglich hält, dass κουρίδιος von dem Begriff „jugendlich" aus, bei Homer zu dem von „ehelich" gelange, oder gar dass ein ursprünglich die jugendliche Anmuth der Braut bezeichnendes Beiwort eben dort gelegentlich mit λέχος (Ο 40), mit δῶμα (φ 78) verbunden worden sei, dass solcher Missbrauch sich von da aus so weit fortpflanzen könne, um den herodoteischen Gebrauch zu rechtfertigen, wonach die κουρίδιαι γυναῖκες

(I 135, V 18) den Gegensatz zu den — doch auch wohl nicht selten jugendlichen — πάλλακες bilden, mit dem ist nicht zu rechten. Viel richtiger knüpfte daher Döderlein (Glossar Nr. 762) den Begriff „ehelich", den das ehrende Beiwort κουρίδιος hat, an den Gebrauch von κοῦροι, Junker, junge Herren an, so dass er „fürstlich" als Mittelbegriff setzte. Aehnlich habe ich selbst Grundz. 145 das Wort mit κύριος zusammengestellt, in der Meinung, auch κοῦρος, κούρη könne eben daher stammen. Nach dem, was wir eben gesehen haben, ist das nun aufzugeben. Auch hat κοῦρος doch nur nebenbei die Bedeutung des freien Jünglings, die des Fürsten überhaupt nicht. Wir können aber mit Rücksicht auf die eben erschlossene Etymologie etwas andres vermuthen. Die Schur geschah beim Jüngling zur Zeit der männlichen Reife, beim Mädchen unmittelbar vor der Hochzeit. Sie ist nach mehrfachen Spuren, wenn auch in der milderen Form, dass nur Locken des Haares dargebracht wurden, wenigstens an einzelnen Orten ein fester religiöser Gebrauch gewesen, der der Hochzeit unmittelbar voraufging. Bei Hesychius heisst es unter γάμων ἔθη· τὰ προτέλεια καὶ ἀπαρχαὶ καὶ τριχῶν ἀφαιρέσεις τῇ θεῷ πρὸ μιᾶς τῶν γάμων τῆς παρθένου, ebenso Pollux III 38 καὶ τῆς κόμης τότε [ἐν τοῖς προτελείοις] ἀπήρχοντο ταῖς θεαῖς αἱ κόραι. Pausanias berichtet I, 43, 4, dass die megarischen Jungfrauen am Grabmal der Iphinoe πρὸ γάμου Grabesspenden und Haarlocken (ἀπάρχεσθαι τῶν τριχῶν) darbrächten, und erwähnt dabei auch den ähnlichen Gebrauch delischer Mädchen (ὅπῃ δὴ αἱ θυγατέρες ποτὲ ἀπεκείραντο αἱ Δηλίων). II, 32, 1 erzählt derselbe Gewährsmann, dass in Troezen das gleiche dem Hippolyt zu Ehren geschah (ἑκάστη παρθένος πλόκαμον ἀποκείρεταί οἱ πρὸ γάμου). Vgl. Eurip. Hippol. 1414. Zeugnisse aus späteren Zeiten stellt O. Jahn zu Persius S. 138 zusammen (vgl. K. Fr. Hermann Privatalterth. §. 31, 7). Mit dieser alten Sitte könnte leicht κουρίδιος zusammenhängen, indem dieser eine Hochzeitsgebrauch den Namen

für die echte, feierliche Vermählung überhaupt abgegeben hätte. Eine andre von Sonne Ztschr. X 103 gegebene Deutung, nämlich von W. *kars* (skr. *krsh*) ziehen, pflügen (*παίδων ἄροτος*) entbehrt der nöthigen Anknüpfungen im Griechischen. Von einer symbolischen und religiösen Handlung den Ehebund zu bezeichnen scheint mir alterthümlicher Denkweise wohl zu entsprechen. Wie oft werden die faces Symbol der Ehe, wie weit erstreckt sich auf deutschem Sprachgebiet die Anwendung von Schwert und Kunkel zur Bezeichnung des männlichen und weiblichen! Jacob Grimm bringt das ahd. *wîp*, Weib, mit goth. *bi-vaib-jan*, umwinden, bekränzen, zusammen, wobei er ebenfalls an einen Hochzeitsbrauch denkt. confarreatio, *ὅρκια τέμνειν*, foedus icere, ferire, *σπονδαί* u. s. w. sind nahe liegende Beispiele davon, wie feierliche Verträge andrer Art nach ganz einzelnen Gebräuchen, die dabei stattfanden, benannt wurden. Was aber die Ableitung des Wortes *κουρίδιος* betrifft, so ist dafür eine doppelte Erklärung möglich, entweder aus dem nomen actionis *κουρά*. So wird *μοιρίδιο-ς* aus *μοῖρα* gebildet. *κουρίδιος* würde dann eigentlich der Schur theilhaftig, durch Schur geweiht bedeuten. Diese Herleitung will aber nicht recht passen zu *κουρίδιον λέχος* (*O* 40), *κουρίδιον δῶμα* (*τ* 580, *φ* 78). Mir scheint daher eine andre Anknüpfung wahrscheinlicher, nämlich nicht an *κουρά*, sondern an *κούρη*. Wie *νύμφη* eine engere Bedeutung, Braut, und eine weitere, junge Frau, hat, wie unser Braut (Grimm's Wörterb.) bald von der verlobten, bald von der schon vermählten, bald auch im Sinne von nurus gebraucht wird, so ist für *κούρη* wohl etwas ähnliches vorauszusetzen. Die engere und vollere, aus der erwähnten Sitte hervorgegangene, war Braut. Eine Spur davon hat sich bei Hesychius in der Glosse *κουριζόμενος ὑμεναιούμενος*, also wohl eigentlich „die Braut heimführend", vielleicht auch in der Bezeichnung der Persephone als *κόρη κατ' ἐξοχήν*, als Hadesbraut erhalten. Zu diesem *κόρη* verhält sich nun *κουρίδιος*, wie ich glaube, ganz ebenso wie zu *νύμφη*

νυμφίδιος. Was das ableitende Suffix betrifft, so ist möglicherweise in beiden Fällen eine Nebenform des Stammes auf -ιδ anzunehmen. Wir hätten dann neben νύμφη, κούρη ein νυμφίς, κουρίς anzunehmen, Bildungen, wie sie in ἡμερίς neben ἥμερος, θεωρίς neben θεωρός vorliegen. Aus den Stämmen νυμφιδ-, κουριδ- würde durch Anfügung des geläufigen Adjectivsuffixes -ιο das betreffende Adjectiv abgeleitet sein. Nothwendig ist aber diese Mittelstufe nicht. Hiess κούρη Braut, so ergibt sich für κουρίδιος die Uebersetzung bräutlich, eine Uebersetzung, mit der wir in allen homerischen Stellen auskommen. Denn wir brauchen uns in Bezug auf κουρίδιον λέχος, κουρίδιον δῶμα nur unsers „Brautbett", „Brautgemach" zu erinnern, um alles in der Ordnung zu finden. Auf diese Weise behält auch der Zusammenhang zwischen κούρη und κουρίδιος, den alte und neue Etymologen festhalten, sein Recht, nur in einem etwas andern, und wie ich glaube, in einem vernünftigen und annehmbaren Sinne.

3) Das dritte attische Wort mit η nach ρ δέρη wird uns nicht so lange beschäftigen. Es steht in jeder Beziehung in Analogie mit κόρη. Wie κόρα bei den Tragikern nur in melischen Stellen sich findet, so δέρα, z. B. Eurip. Phoen. 169 δέρᾳ φιλτάτᾳ, sonst heisst es auch dort δέρη z. B. Aesch. Ag. 329, 875. Dem diphthongischen κούρη des Epos steht δειρή gegenüber z. B. κ 472 ἀμφὶ δὲ πάσαις δειρῇσιν βρόχοι ἦσαν, dem dorischen κώρα δηρά, das in dem abgeleiteten kretischen Δηράς vorliegt (C. I. 2554, 134, 169 vgl. Ahrens dor. 159). Beachten wir nämlich die geläufige Anwendung von δειράς auf Gebirgsstrecken im Sinne von jugum und die Eigennamen Δειράδες (attischer Demos), Δειράς (Ort auf der Burg Korinths), Δέραι (in Messenien), Δέραια (in Arkadien), Δερίς (in Thracien), Δεριεῖς (in Akarnanien), so kann die Herkunft jenes kretischen Namens kaum zweifelhaft sein. Mit dem aus κορρίον erschlossenen κόρρα steht das von Choeroboscus (Cram. Anecd. Oxon. II 194) angeführte aeolische δέρρα auf einer

Linie. Eben dahin gehören ohne Frage δερριστήρ· περιδέραιον ἵππον, δερριστής· κυνάγχης περιαυχένιος, d. i. Hundehalsband, bei Hesych., wahrscheinlich auch Δέρρις (auch Δέρρα), Vorgebirge Macedoniens. Was endlich die Formen mit ρσ betrifft, so ist davon vielleicht eine Spur in dem thrakischen Volksnamen Δερσαῖοι erhalten, wie sie bei Herodot VII 110 heissen, während Stephan. Byz. sie Δερραῖοι nennt. Deutlicher weist auf den Sibilanten das lateinische *dorsum* mit der Nebenform *dorsu-s*, das Fick S. 86 und Pauli Körpertheile S. 12 nach Döderlein's Vorgang (Synonyme V, 16) passend mit δέρη vergleichen. Natürlich muss dann die alte, auch von Pott EF. II[1] 288 gebilligte, Etymologie aus *de-vorsu-m* aufgegeben werden. Diese lässt sich aber ohnehin nicht halten, denn das wirklich aus *devorsum* hervorgegangene *deorsum* heisst, als Gegentheil von *sursum*, unten, nicht hinten. Und niemand wird sich durch den Ausweg befriedigt fühlen, den Paulus (Epit. 69) einschlägt, „quod pars ea corporis devexa sit deorsum.“ Das *o* von *dorsum* vergleicht sich dem von *vorsus*, von *quattuor* (für *quattuors*, wie Schleicher erkannt hat), von *torreo* und *extorris* neben τερσ-αίνω und *terra*, von *horreo* neben *hirsutu-s* und χερσό-ς trocken. Der Unterschied des Geschlechts ist von keiner Bedeutung, um so weniger, als Hesych. die mit *dorsus* identische Masculinform δειρός (λόφος, κατάντης τόπος) darbietet. Die Vertauschung der Bedeutung ist nur auf den ersten Blick auffallend. Es ist ursprünglich wohl nur die Vertauschung zwischen Nacken und Hals (Ammon. p. 29 αὐχὴν μὲν λέγεται τὸ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου, δέρη δὲ τὸ ἔμπροσθεν, vgl. Hesych. δέρη αὐχήν), die auch im Deutschen nicht sehr streng geschieden werden. Ganz ebenso entspricht τράχ-ηλο-ς, wie ebenfalls schon Doederlein sah, dem lat. *terg-u-m*, und höchst wahrscheinlich sind νῶτον und *nâtes* stammverwandt. Andre Verwechslungen der Art führt Pauli in der erwähnten Schrift über die Körpertheile an. Dagegen ist die Vergleichung des skt. *dṛshad* mit diesen Wörtern, welche Fick vornimmt, äusserst zweifelhaft. Zunächst nämlich könnte

dṛshad den Lauten nach höchstens mit dem Stamme von δειραδ verglichen werden. Mit δέρη und *dorsum* liesse es sich nur unter der Voraussetzung zusammen bringen, dass diese Wörter einen ursprünglichen Schlussconsonanten eingebüsst hätten. So sehr aber die Benfey'sche Schule solchen Annahmen geneigt ist, so wenig innere Begründung hat diese ganze „Participialtheorie", wie ich sie Grundz. 73 genannt habe, weil das Ziel derselben das ist, so viel Nomina als möglich als verstümmelte Participia nachzuweisen. δειράς ist augenscheinlich ebenso von δειρή abgeleitet wie ἐϑειράς von ἔϑειρα, κοιλάς von κοῖλος, λιϑάς von λίϑος, σκιάς von σκιά, χοιράς Klippe von χοῖρος. Noch weniger will sich die Bedeutung fügen. *dṛshad* heisst nach dem Petersb. Wtb. nur „Stein, Mühlstein", δειράς, wenn es auf Berge angewendet wird, Gipfel, Spitze (πολυδειράδος Οὐλύμποιο) in augenscheinlicher Uebertragung von hervorragenden Hälsen (λόφοι). Vgl. Hesych. δέρα ὑπερβολὴ ὄρους. οἱ δὲ τά σιμὰ τῶν ὀρῶν d. i. die Abhänge der Berge. Hier etwa nur in dem Begriff des festen oder starren, ragenden die Vermittlung zu suchen, und etwa gar *dâru-s* herbeizuziehen, scheint mir sehr gewagt. Böthlingk und Roth erinnern bei *dṛshad* mit „vielleicht" an die W. *dar* = δερ (δέρω) zerreissen, spalten. Mit eben dieser Wurzel verbinden altgriechische Etymologen δέρη, aber in völlig verschiedenem Sinne; so Anecd. Oxon. I 113 ἐκ τοῦ δέρω δέρη — κυρίως ἀπὸ μεταφορᾶς· κατὰ τοῦτο γὰρ τὸ μέρος πρῶτον ἄρχονται ἐκδέρεσϑαι τὰ ζῶα. ἀπὸ δὲ τούτου καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀνϑρώπων μετῆλϑεν, so dass auf diese Weise das aeolische δέῤῥα mit δέῤῥις Fell = δορά zusammenkommen würde. Ich will diese Etymologie nicht vertreten, halte sie aber nicht für unmöglich, vorausgesetzt, dass wir auch hier wieder einen mit σ weitergebildeten Stamm (δερς) zu Grunde legen. Die Identität von δέρη und *dorsum* und unsre Erklärung des η wird davon nicht berührt.

4) Das vierte Wort ist das dunkelste: ἀϑάρη Brei,

ἄλευρον ἡψημένον (Suid.), πυρίνη, πτισάνη (Hesych.), worüber namentlich das Scholion zu Aristoph. Plut. 673 zu vergleichen ist. Hesychius führt die Form ἀθήρα an, βρῶμα διὰ πυρῶν καὶ γάλακτος ἡψημένον, freilich παρ᾿ Αἰγυπτίοις. Wer möchte sich an die Etymologie eines solchen Wortes wagen? Aber das η in dem, wie es scheint, dorischen ἀθήρα scheint wenigstens mit dem von Δηράς verglichen, also gemuthmasst werden zu dürfen, dass auch hier ein σ nach ρ ausgefallen ist.

---

3) Das griechische Deminutivsuffix -καλο.

Ludw. Schwabe weiss in seiner Schrift de deminutivis graecis et latinis (Gissae 1859) S. 58 dem im Lateinischen so überaus häufigen zusammengesetzten Suffix *cu-lo* kein griechisches zur Seite zu stellen. Da dem lateinischen *ulo* griechisches *αλο* gegenübersteht (ebenda S. 78 ff.), so wird eine richtige Topik — denn es gibt eine etymologische Topik so gut wie eine rhetorische — darauf führen nach dem Suffix *καλο* als Repräsentanten des lat. *culo* zu suchen. Und in zwei Wörtern wenigstens scheint dies wirklich vorzuliegen. Das erste ist γραύκαλας [richtiger ohne Zweifel, wie schon Musurus schrieb γραύκαλος], ὄρνις τεφρός bei Hesych., worüber schon Lobeck Proleg. p. 92 sagt „a colore cineraceo sive ravo, quasi γραῖος gravastellus. Gutturalis κ accessione increvisse videtur.“

Das zweite Wort ist ὀβρί-καλο-ν neben ὄβριο-ν. Es bedeutet die Jungen wilder Thiere. Bei Aesch. Ag. 143 (Herm. 135) steht ὀβρικάλοισι, während Eustathius und Phot., deren Stellen Hermann in seiner Anmerkung anführt, ὄβρια in gleichem Sinne anführen. Zwei andre Formen bietet Pollux V 15, nämlich ὀβρίκια (var. lect. ὀμβρίκια) und ὀβρίας (als Accusativ), wenn nicht mit cod. C ὀβρίκαλα καὶ ὄβρια zu schreiben ist. Für ὄμβρος· χοιρίδιον bei

Hesych. vermuthet Nauck zu Aristoph. Byz. p. 125 ὀμβρίον als Nebenform von ὄβριον. So viel scheint klar zu sein, dass sich ὀβρί-καλο-ν zu ὄβριο-ν ähnlich verhält wie *apriculu-s* zu *aper* (St. *apro*), *ovi-cula* zu *ovi-s*. Allerdings müsste man, wenn ὄβριο-ν wirklich das Stammwort des abgeleiteten ist, eine Verkürzung von ιο zu ι annehmen, etwa wie in ἀρχαι-κό-ς aus ἀρχαιο neben σπονδεια-κό-ς aus σπονδειο oder Πειραΐδη-ς, Ἀλκαΐδη-ς von Πειραιο, Ἀλκαιο neben Τελαμωνιά-δης (Angermann oben p. 32). Aber noch näher liegt es für beide Wörter einen gemeinsamen Stamm ὀβρο vorauszusetzen, von wo einerseits ὄβρ-ιο-ν, andrerseits ὀβρί-καλο-ν abgeleitet wäre; das ι des letzteren wäre dann von derselben Beschaffenheit wie das von λογι-κό-ς. Die Existenz eines gräcoitalischen *ka-lo* darf uns aber vielleicht noch weiter führen. Im Sanskrit ist, wie Schwabe S. 44, 32 nachweist, ein deminutives *ka* in häufigen, ein deminutives *la* und *ra* in einzelnen Spuren vorhanden. Wie wenn beide Suffixe sich auch hier gelegentlich zu *ka-ra* verbunden hätten? Dann träte das skt. Wort für Schwein *sû-kara-s*, das mit den beiden letzten Sylben allein steht, in die Analogie von *su-cula*. Denn dass das Wort nicht nach der üblichen Erklärung den Su-macher (W. *kar* machen) bedeute, sondern mit zum Stamm *su* gehört, den σῦ-ς *sû-s*, *Sau* enthalten, habe ich schon Grundz. 343 vermuthet.

Auch über die Herkunft des Stammes von ὄβριον mag eine Vermuthung gewagt werden. Hesychius bietet die Form ἰβρίκαλοι χοῖροι. Es ist um so verführerischer, den Stamm ὀβρο sammt der Nebenform ἰβρο mit dem lat. *apro* (Nom. *aper*) zu vergleichen, als sich die ἰβρί-καλοι begrifflich zu *aper* verhalten würden, wie unsre Ferkel zu πόρκο-ς, *porcu-s*, ahd. *farah* (Grundz. 152). Die Zusammengehörigkeit von *aper* mit κάπρο-ς hat trotz des kslav. scheinbaren Mittelgliedes *veprĭ* Eber (Grundz. 132) ihr missliches und ist von Corssen (Nachtr. 32) bestritten. Von *aper* aber kann ags. *eofor*, *efor*, unser *Eber*, ahd. *eper* nicht getrennt

werden. Einem indogermanischen Stamme *ap-ra* könnte nun auch *ὀβ-ρο* sich zugesellen mit derselben zwar seltnen, aber nicht ganz abzuleugnenden Schwächung von p in *β*, die ich für *ἀβ-ρό-ς* neben *ἅπ-αλο-ς* und für einige andre Wörter Grundz. 471 erwiesen zu haben glaube. Aber selbst eine Wurzel bietet sich dar, natürlich keine andre als *ap*, dieselbe, die dem skr. *ap-as* = lat. *op-us* zu Grunde liegt, und die wir auch in *Πηνελ-όπη* Geweb-arbeiterin (Grundz. 248) kaum verkennen können. Die Anwendung dieser Wurzel auf die Fortpflanzung, die auch dem lat. *opus* nicht fremd ist, zeigt sich deutlich in *ὀπυίω*, einer denominativen Bildung von einem verlornen Stamme *ὀπ-υ*, während das *ι*, wie *ὀπῦ-σω* zeigt, dem Präsensstamme angehört *). Dass wir dieselbe Anwendung schon in vorgriechischer Zeit voraussetzen dürfen, wird durch eine Reihe deutscher Wörter wahrscheinlich, die Jacob Grimm unter Nr. 474 (Gr. II 43) zusammenstellt, namentlich goth. *ab-a ἀνήρ*, altn. *af-l-a* gignere, ags. *eaf-ero proles*, während alts. *ôb-jan studere*, ahd. *uopjan exercere*, unser üben, dieselbe Wurzel in Anwendungen zeigen, die mehr an *operari* anstreifen. Von da aus bieten sich auch andrerseits Parallelen zwischen lat. *op-s*, *opu-lentu-s* u. s. w. und goth. *ab-r-s ἰσχυρό-ς*, ags. *ab-al vis*, vermittelt durch den Begriff *pollere, posse*. So bietet sich für lat. *ap-ro* ungesucht der Grundbegriff Zeuger, für gr. *ὀβ-ρο* als Neutrum gezeugtes (*τέκνο-ν*), junges. Auch *su-s* hat ja den Namen von der Fruchtbarkeit (W. *su* generare Grundz. 343).

---

*) *οἴφω*, *οἰφέω*, *οἰφάω* scheinen eben dahin zu gehören mit einer aus *π* entstandenen Aspirata, *οἴφω* wohl für *ὀφ-ι-ω* durch Vorklingen des *ι*. Aspiration zeigen auch *ὄφ-ελ-ος*, *ὀφ-έλλω* (vgl. Fick Wörterb. S. 8, 9) neben *op-s*, *op-ul-entu-s* und ags. *ab-al vis*, engl. *ab-le* fähig.

LEIPZIG,
DRUCK VON C. P. MELZER.











